DE
ARCADII QVI FERTVR LIBRO
DE ACCENTIBVS

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORVM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLVS GALLAND
LOTHARINGVS.

ARGENTORATI
APVD CAROLVM I. TRVEBNER.
MDCCCLXXXII.

Arcadii qui fertur librum *περὶ τόνων* e codicibus Parisinis primus edidit E. H. Barker (Lipsiae 1820). Nouam editionem nouis subsidiis usus anno huius saeculi LX Mauricius Schmidt adornauit (*Ἐπιτομὴ τῆς Καθολικῆς Προσῳδίας Ἡρωδιανοῦ* Ienae apud Maukium.)[1]) Quo de libro cum maxime discrepent uirorum doctorum opiniones neque quisquam, si quid uideo, adhuc recte de eo deque eius in Herodiano restituendo auctoritate iudicauerit, non inutile mihi uidetur totam hanc quaestionem denuo in examen uocare. Nam postquam Augustus Lentz incomparabili industria summoque ingenii acumine Herodianum restituit[2]), noua eaque grauissima accesserunt subsidia. Quibus usus ita de hac re agam, ut priore huius libelli parte de epitomae libris manu scriptis deque eius auctore et compositione, altera de eius ad Herodiani Prosodiam Catholicam restituendam auctoritate exponam.

Sed priusquam disserendi initium faciam, nihil antiquius habeo, quam ut Guilelmo Studemund, studiorum meorum fautori humanissimo, cui dici uix potest quantum debeam, gratias agam amplissimas.

---

[1]) Paginae Arcadii, ubi in hoc libello laudantur, Schmidtianae sunt, non Barkerianae.

[2]) Herodiani technici reliquiae. Collegit disposuit emendauit explicauit praefatus est Augustus Lentz. Lipsiae 1867 sqq.

LIBER I.

CAPVT PRIMVM.

DE CODICIBVS EPITOMAE.

Arcadii[1]) codices manu scripti exstant quinque:

1. Codex Hauniensis regius 1965 *(A)*, cuius ad fidem Mauricius Schmidt editionem curauit. Qui uir doctissimus non ipse codicem inspexit, sed usus est Blochii apographo, qui quam neglegenter critici munere functus sit, ex spicilegio illo satis largo, quod Egenolffius ex comparatione codicis cum Schmidtiana editione confecit nuperrimeque edidit, perspicitur (cf. Mus. Rhen. XXXVI p. 490 sqq.).

Codicis Hauniensis simillimi et sine dubio ad eundem archetypum referendi sunt hi duo libri:

2. Codex Matritensis regius 38 manu Constantini Lascaris exaratus (cf. Iriarte, catal. codd. Matrit. p. 141), ex quo paucas lectiones Geppertius in Herm. VII p. 249 sqq. publici iuris fecit;
3. Codex Bodleianus 179, anno 1495 a Leone Cretensi Messanae descriptus (cf. Coxe, catal. codd. Bodl. p. 298; Uhlig, Mus. Rhen. XXII p. 297; Hiller in annal. philol. CIII p. 515 sqq.).

Tres illi, quorum mentionem feci, codices Theodosii auctoris nomen bis praebent. Praefationem enim praecedit haec adnotatio: *Πρόλογος οἶμαι Θεοδοσίου εἰς τοὺς κανόνας τῆς Καθολικῆς Προσῳδίας τοῦ σοφοῦ Ἡρωδιανοῦ* et ante initium primi libri exstat haec inscriptio: *Κανόνες τῆς Καθολικῆς Προσῳδίας τοῦ σοφωτάτου Ἡρωδιανοῦ, οὓς περιέτεμε Θεοδόσιος ὁ γραμματικὸς φυλάξας τὸν ἀριθμὸν τῶν βιβλίων.*

---

[1]) 'Arcadium' breuitatis causa epitomatorem appellare mihi liceat, etsi de auctoris nomine minime constare infra exponam.

Arcadii autem nomen prae se ferunt duo codices Parisini:

4. Codex Parisinus 2603 *(B)*. Varietatem lectionis enotauit Gregorius Georgiades Zalykius Thessalonicensis.
5. Codex Parisinus 2102 *(C)*, a Zalykio anno 1816 transscriptus. Zalykii apographum una cum Parisini *B* scripturae discrepantiis ab eo enotatis E. H. Barker in Arcadii editione principe accurate expressit. Qui codex quamquam in uitiis et omissionibus mirum quantum cum *B* consentit idemque auctoris (sc. Arcadii) nomen exhibet, tamen et ab eo et a Theodosianis[1]) codicibus eo potissimum differt, quod illi omnes XIX, hic unus XX libros continet. Accedit quod cum illi a prologo initium faciant, quem excipit index, in hoc inuerso ordine index ante prologum legitur.

Hi codices quanam affinitate inter se coniuncti sint, quamquam tum demum certo dici poterit, cum Bodleianum et Matritensem accuratius nouerimus — quos codices olim me collaturum esse spero —, tamen cum noua subsidia mihi praesto sint, Egenolffii spicilegium supra memoratum dico et locum quendam codicis Parisini *B* adhuc ineditum, hanc grauissimam quaestionem ad aliquam probabilitatis speciem perducere conabor.

Atque ut a codicibus Parisinis, quos omnium recentissimos XVI saeculo exaratos esse constat (cf. Villoison, Prolegg. ad Iliad. p. XII; Hiller l. l. p. 515 sq.), initium faciam, licet Zalykius non omnes praestantioris codicis *B* discrepantias enotauerit, tamen utriusque consensus in lacunis et erroribus is est, ut alterum ex altero descriptum esse facile putaris: e. g. 10, 13 *ὄζων* om. | 14, 3—8 bis scripta occurrunt | 14, 13 *θυρών* om. | 17, 2 *φιλοκτησιφῶν* om. | 19, 12 *κυμορρώξ· τὸ δὲ θηροδίωξ, αἰγοδίωξ βαρύνεται, ὡς δύο* om. | 22, 8 *ὡς ὑποκοριστικόν· ταῦτα γὰρ περισπᾶται* om. | 25,5 *ἐκ τοῦ φθογγήεις* om. | 25, 14 *ληστής. τὸ δὲ δεσπότης*

---

1) 'Theodosianos' appello Matritensem, Bodleianum, Hauniensem.

ἀρσενικόν, δεσπότις τὸ θηλυκόν A *ληστής. τὸ δὲ δεσπότης ἀρσενικόν, καὶ τὸ δεσπότις θηλυκόν* BC (cf. Lentz I 63, 1) | 28, 7 *τριετής* A *τριτής* BC | 29, 8 *παρ' ὄνομά εἰσιν οὐ παρὰ ῥῆμα* A *παρώνυμά κτλ.* BC | 30, 8 *τὰ εἰς ις συνεσταλμένον ἀρσενικὰ καὶ* A *τὰ εἰς ὀνόματα συνεσταλμένον τὸ ῑ ἔχοντα ἀρσενικὰ καὶ* BC | 30, 14 *ἐν τῇ συνθέσει φυλάττουσι τὸν τόνον πῇ δὲ βαρύνονται. καὶ φυλάττουσι μὲν τὰ* A *ἐν τῇ συνθέσει φυλάττουσι μὲν τὰ* B *μὲν* om. *C*. Sed haec sufficient exempla; alia quaedam passim infra exhibebo. Neque tamen alter ex altero expressus est. Nam ut unum proferam, et a codice *B* aliena est ea pars libri XIX, quam insiticiam esse demonstraui (cf. Herm. XVII p. 31 sqq.) quamque *C* cum reliquis codicibus exhibet, et in *C* haud pauca desiderantur, quae in *AB* exstant[1]). Duo igitur Parisini communem habent archetypum, quem *π* littera significabo. Hunc codicem *π* ex Bodleiano originem duxisse hac una re docemur. Coxe enim l. l. librum XIX his uerbis desinere indicat: *Καὶ ἀπὸ τοῦ παθητικοῦ παρακειμένου τέτυμμαι τύμμα.* Quae cum ad doctrinam de accentu in coniunctionibus altero illius libri capite explanatam nullo modo pertinere luce clarius sit, ea esse ultima uerba alicuius adnotationis a librario nescio quo hoc loco collocatae facile suspicamur. Atqui in codice Parisino *B* eadem adnotatio legitur. Paulus Pulch enim amicus cum nuper Parisiis uersaretur, a me rogatus codicem *B* inspexit et de eius fine haec mecum communicauit: Post ultima libri XIX uerba *ἢ τοῖς Μυρμιδόσιν ἀντὶ τούτῳ κἀκείνοις* leguntur rubro scripta haec: *λείπει τὸ κ' τὸ περὶ χρόνων τῶν ἐν φωνήεσι καὶ πνευμάτων.* Sequuntur haec: *διαγινώσκειν ὅτι ἀπὸ τεσσάρων χρόνων ἐξήρχονται τὰ ῥηματικὰ ὀνόματα· ἀπὸ ἐνεστῶτος· γνοίη γνωτός· ἀπὸ μέλλοντος· γνωρίσω γνώρισις· ἀπὸ παρακειμένου μέσου· κέκοπα κοπή· ἀπὸ τοῦ παθητικοῦ παρακειμένου· τέτυμμαι τύψις.* Itaque cum illud additamentum neque in reliquis codicibus inueniatur neque ad Catholicam pertineat, Parisinum *B*,

[1]) Codicis *C* lacunarum maxima pars eo explicatur, quod librarius per neglegentiam *ὁμοιοτέλευτα* saepissime omisit.

accuratius dico *π*, ut Bodleiano recentiorem ex eo defluxisse existimemus necesse est. Neque uero quicquam habere offensionis, quod in altero Parisino illa uerba desunt, ex codicis *C* condicione infra docebitur.

Ipse Bodleianus unde originem duxerit, ambigi nequit. Qui codex eodem Coxio teste l. l. prorsus eadem atque Matritensis scripta prosodiaca eodemque ordine disposita continet. Atque cum a Lascaris, ut uidetur, discipulo tredecim minimum annos post Matritensem exaratus sit, eum ex Matritensi expressum esse certissimum est. Scriptus enim est, ut supra p. 4 monui, anno 1495; Matritensem autem non posse post annum 1482 exaratum esse statim exponam.

Lascaris enim in fine tertii libri Grammaticae *τὸ περὶ τόνων Ἡρωδιανοῦ καὶ Θεοδοσίου, ὃ συνέτεμον ἐν βραχεῖ* laudat. Quae epitoma libri *περὶ τόνων* a Lascari confecta exstat teste Iriarte p. 191 in codice Matritensi 137 sub titulo *περὶ τόνων εἰδικῶς τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου.* Atque in epilogo Lascaris eam propterea sese conficiendam suscepisse tradit, *ἐπεὶ ἡ τοιαύτη πραγματεία οὐ μόνον δύσκολος τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ δυσκολώτατα εὑρίσκεται διὰ τῆς δυστυχίας τοῦ γένους. πολλὰ γὰρ πονήσας,* inquit, *μόλις εὗρον τὸ περὶ τόνων τοῦ Θεοδοσίου ἐν βίβλῳ παλαιᾷ τῆς μονῆς τοῦ σωτῆρος τῆς ἐν τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς Μεσσήνης. τὴν δὲ τοιαύτην πραγματείαν ἐκεῖνος συνέτεμε ἐκ τῆς μεγάλης Προσῳδίας τοῦ πολυμαθοῦς Ἡρωδιανοῦ, οὗ καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν βιβλίων εἴκοσι ὄντων ἐφύλαξεν.* Haec Lascaris anno 1488 scripsit. Qui cum diu opus prosodiacae doctrinae integrum, fortasse ipsam Herodiani Prosodiam Catholicam, frustra quaesiisset — ita enim eius uerba intellegenda esse existimo — felicissimo casu in bibliotheca monasterii Saluatoris Messanae *τὸ περὶ τόνων τοῦ Θεοδοσίου* inuenit et, ut par est, descripsit. Neque in describendo acquieuit; sed cum ille Theodosii liber usui tironum parum accommodatus esse ipsi uideretur, eum, ut modo exposui, in breuiorem formam redegit. Idem sex annis ante i. e. anno 1482 solum librum XVI uerborum doctrinam amplexum in

usum Iacobi Ximenis excerpsit[1]). Cui excerpto epistulam ad Ximenem praefixit, ex qua haec describo: *καὶ τὸ περὶ τόνων τὴν μεγάλην φημὶ προσῳδίαν ἐκείνῳ ἐπέγραψεν* (sc. Herodianus) *ἐν βιβλίοις εἴκοσι, βίβλον πολύστιχον, ἣν μετὰ ταῦτα Θεοδόσιος ἐπιτεμὼν τόν τε ἀριθμὸν τῶν βιβλίων τό τε μῆκος ἐφύλαξε, διὰ τὸ μὴ οἷόν τε βραχίστην ἐπιτομὴν τὴν βίβλον δέξασθαι κτλ.*

His omnibus reputatis quid de codicis Matritensis origine statuendum sit, uideamus. Constat et Lascaris excerptum libri XVI et illud *περὶ τόνων εἰδικῶς τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου* ex Theodosii libro *περὶ τόνων* a Lascari in lucem protracto desumpta esse. Constat praeterea illud libri XVI excerptum ex eodem atque Arcadii codices fonte fluxisse. Quid igitur aliud inde consequitur, nisi etiam Matritensem ex illa *βίβλῳ παλαιᾷ* deriuatum esse? Idem ex ipsa illius libri inscriptione efficitur. Ex indice enim epitomae praefixo epitomatorem XX libros, ex quibus Herodiani Prosodia Catholica constabat, excerpsisse patet. Epitoma autem quamdiu XX libros continuit, quin *περὶ τόνων* non inscripta fuerit, dubitari nequit. Quae inscriptio tum demum nasci potuit, postquam liber XX doctrinam *περὶ χρόνων* et *περὶ πνευμάτων* amplexus periit. Inde facillime concludas ab ipsa quoque *βίβλῳ παλαιᾷ* aeque atque ab Arcadii codicibus librum XX afuisse. Quae cum ita sint, codicem Matritensem esse ipsum illius *βίβλου παλαιᾶς* apographum a Lascari confectum uix est quod addam. Hoc autem apographum non post annum 1482 confectum esse inde efficitur, quod eodem anno, ut supra monui, Lascaris librum XVI excerpsit.

Restat ut codex Hauniensis unde originem duxerit, quaeramus. Constat inter omnes eundem esse Hauniensis atque Matritensis et Bodleiani archetypum. Quaeritur igitur utrum ex illo archetypo ipso an ex Matritensi aut Bodleiano

---

[1]) Hoc excerptum adseruatur in his duobus codicibus: cod. Matrit. ab ipso Lascari exarato (cf. Iriarte p. 189) et codice Hamburgensi, ex quo Classeni ope a Lentzio in Philol. XXIII p. 164 sqq. publici iuris factum est.

expressus sit. Atque *βίβλῳ παλαιᾷ* praeter Lascarem ullum alium usum esse et per se ueri est dissimile neque ullum eius rei uestigium seruatum est. E Matritensi autem libro manu scripto Geppertium paucas lectiones edidisse supra p. 4 monui. Praeterea Iriarte de illo codice ita rettulit, ut primum totam praefationem describeret, tum singulorum librorum initium et finem indicaret. Denique codicem Hamburgensem, ex quo Lentzius Lascaris excerptum libri XVI publici iuris fecit (u. supra p. 8 adnot.), e Matritensi deriuatum esse e rei natura elucet. Neque tamen quamuis multis scripturae uitiis scateat, dubium est, quin plerumque ueras lectiones a Lascari ex codice Matritensi desumptas seruauerit. In Bodleiano autem quid exstet, ex codicis, quem *π* nominaui, lectionibus colligere licere p. 6 docui. Comparato igitur Hauniensi cum iis quae ex Matritensi enotata habemus itemque cum codice *π*, ad utram familiam propius accedat, colligi facile potest.

Atque *Aπ*[1]) contra *M*(atritensem) consentiunt locis his: 25, 10 *ὅτι τῷ ō παραλήγει M ὅτι τὸ κτλ. Aπ* | 82, 17 *Ἰσίδωρος M Ἰσόδωρος Aπ* | 107, 25 ante canonem de nominibus in *ψ̄* inscriptio *περὶ τῶν εἰς ψ̄* quam exhibet *M* deest in *Aπ* | 121, 16 *σημαίνη* (sic *ῑ* omisso) *M σημαίνει Aπ* | 146, 14 *Αἴας Αἴαντος M Αἴαντος ἐκ τοῦ Αἴας Aπ* | 209, 6 *σὺν τούτοις καὶ τὸ εὐθὺς* male add. *Aπ* | 210, 5 *Οἱ εἰς ς̄ M Αἱ εἰς ς̄* male *Aπ*.

Quanta Iriarti fides sit quamquam nescio, tamen his plerisque ut certis uti non dubito: 3, 5 *τὸ δεύτερον M τὸ δὲ δεύτερον Aπ* | 3, 10 *ἀρχόμενον M ἀρξάμενον Aπ* | 39, 12 *Βενδῖς Μολῖς Ἀταργατῖς M Βενδῖς Μολῖς Τοτῖς Ἀταργατῖς Aπ* (*Ἀτεργατῖς π*); an *Τοτῖς* ab Iriarte per errorem omissum? | 50, 12 *μέχρι τῶν εἰς λ̄ος M μέχρι τῶν εἰς μ̄ος Aπ* | 133, 18 *θεανῶ* add. *Aπ* | 202, 20 *ἄκων M ἀέκων Aπ*.

Iam Lascaris libri XVI excerptum cum Arcadii codicibus conferam. Saepius quidem consentiunt *A* et *L*[ascaris]

---

1) Hauniensis lectiones non Schmidtianas respicio, sed eas quas ex Egenolffii spicilegio lucramur.

contra *π*, uelut 171, 15 *γυπῶ AL γρυπῶ π* | 173, 22 *ἀργός AL ἄργος π* | 174, 1 *φεύγω AL φάγω π* | 175, 18 *τεύχω AL τύχω π* | 176, 7 *τροχῶ AL τριχῶ π* | 179, 10 *ὠθῶ AL ὤθω π* | 181, 4 *βούλω AL βόλω π* | 185, 9 *φυγάνω AL φυγγάνω π* | 187, 16 *σαώσω AL σαήσω π*; sed hi sunt eius, qui codicem *π* exarauit, errores. Multo maioris momenti illud est, quod haud paucis locis *Aπ* eadem scripturae uitia exhibent, ubi *L* ueram lectionem seruauit, uelut 172, 5 *ῥοφῶ L ῥωφῶ Aπ* | 174, 15 *πελεκῶ πέλεκυς L πελεκῶ κᾶς A πελεκῶ πελεκᾶς π* | 174, 21 *σφηκῶ L φηκῶ A φρηκῶ π* | 176, 24 *ὁμιχλῶ L ὁμιχῶ Aπ* (leg. *ὀμιχῶ*) | 180, 15 *ἰνάσσω L τινάσσω Aπ* | 182, 18 *ἀφ᾽ ἑνὸς ἢ δύο συμφώνων ἀρχόμενα L ἀρχόμενα* male omittunt *Aπ* | 183, 13 *δολῶ* male add. *Aπ*, cum de uerbis in *νω* agatur | 183, 17 *παύω L πάνω Aπ* (leg. *πώνω*) | 185, 9 *οἰδῶ L οἴδω Aπ* | 186, 9 *ἐθείρω τὸ ἐξ ἔθους πράττω L θείρω τὸ ἐξ ἔθους τὶ* (sic) *διαπράττομαι Aπ* | 187, 12 *ὁδεύω L δεύω Aπ* (leg. *ὁδεύω*) | 189, 2 *ἀλοιῶ L ἀλλοιῶ Aπ* | 189, 17 *ὀπνίω L ἀπνίω A ἀρπνίω π*. Praeterea hoc considerandum est. In Lascaris enim excerpto nonnulla exstant, quae in *Aπ* non leguntur; haec autem, inquit Lehrsius »ostendere uidentur in eius Manuscripto hic illic paullulo plus uerborum fuisse (u. *τὰ εἰς ζω τῆς δευτέρας καθ᾽ ἡμᾶς βαρύνονται*), fortasse etiam unum alterumue uerbum utpote homo doctus de suo adscripsit« (cf. Lentz. Praef. p. LXVIII). Sed etiamsi ipsum Lascarem multa de suo addidisse concedamus, tamen aliquam eorum partem, quae in excerpto leguntur, desiderantur in *Aπ*, debet ei exemplari quod in manibus habebat. Atqui apud Arcadium p. 179, 1 legimus: *Τὰ εἰς θω κατ᾽ ἐπιπλοκὴν συμφώνου βαρύνεται, εἰ μὴ προκατάρχοιτο ὄνομα ἢ τῷ ο παραλήγοιτο· αἴσθω τὸ ἐκπνέω, αἴσθω καὶ αἴσθομαι· τοῦτο δὲ ἀπὸ περισπωμένου ἐγένετο· τὸ μέντοι μισθῶ περισπᾶται ὅτι μισθός.* Quem ad locum Schmidtius adnotat: »Canonem corruptum esse uidit Lobeckius rhem. p. 92. Praeter cautionem enim de ametabolis deest non modo exemplorum magna uis, sed etiam enumeratio *σεσημειωμένων*, qualia sunt *ῥοχθῶ ὀρεχθῶ*.« Lascaris autem

p. 170, 7 haec exhibet: Ἔτι τὰ εἰς σθω (sc. βαρύνεται)· ἄσθω τὸ ἐκπνέω. τὸ μέντοι μισθῶ περισπᾶται. Ἔτι τὰ εἰς χθω, ἐρέχθω τὸ σχίζω, ἄχθω ὅθεν τὸ ἄχθομαι. τὸ μέντοι μοχθῶ καὶ ῥοχθῶ τῷ ō παραληγόμενα περισπᾶται. Num Lascaris uerba Ἔτι τὰ εἰς χθω — περισπᾶται ipse addere potuerit, alii uideant; ea in codice Matritensi 38 exstare existimo. Atque cum casu fieri non potuerit, ut in utroque codice *A* et *π* exciderent, in utriusque codicis archetypo i. e. in Bodleiano deesse uidentur. Accedit quod in adnotatione ad Arcadium p. 183, 24 τὸ δὲ ῥινῶ παρὰ τὴν ῥίνην. τούτοις ὅμοιον καὶ τὸ κοινῶ Schmidtius τούτοις suspectum habet. Est autem eius loci apud Lascarem forma haec: δινῶ δινεῖς, ὅτι δίνη καὶ ῥινῶ ῥινεῖς ὅτι ῥίνη καὶ ἔτι τὸ κινῶ. In archetypo igitur codicum *Aπ* haec fere exciderunt: δινῶ παρὰ τὴν δίνην καὶ τὸ; quae si inserimus, tum illud τούτοις utpote ad duo uerba pertinens recte se habet. Similiter de Arc. p. 180, 4 iudicandum est. Schmidtius enim ad uerba τὸ δὲ ἀνύτω ἀπὸ τοῦ ἀνύω κατὰ πλεονασμὸν τοῦ τ adnotat: »καὶ ἀρύτω addit Herod. l. c.« (sc. Eustath. 764, 26). Inde quod Lascaris 170, 21 ὁμοίως ἀρύω καὶ ἀρύτω ἀττικῶς (sic Lentz. pro ἀρύω ἀρύτω καὶ ἀρύττω cod.) exhibet, ea uerba etiam in Matritensi exstare neque ab ipso Lascari de suo addita esse per se apparet.

Quae cum ita sint, codicem *A* neque ex βίβλῳ παλαιᾷ neque ex Matritensi, sed ex eodem atque *π* i. e. ex Bodleiano originem duxisse sequitur[1]).

Diuersum autem esse *A* a codice *π* inde colligitur, quod in illo pauca desiderantur, quae in *π* et in archetypo sine dubio exstiterunt uelut 13, 7 κακοδαίμων | 15, 12 Ξενοφῶν | 28, 2 ἁπλᾶ | 64, 8 δάκτυλος | 75, 20 Πέξος ἡ πόλις | alia.


Haec omnia non plane certa esse minime me effugit. Id potissimum dubitationem mouet, quod breues illi tractatus prosodiaci, qui in Matritensi et Bodleiano ante Arcadii epitomam leguntur, in codice Hauniensi inuerso ordine eam

---

[1]) Codicem Hauniensem ad saeculum XVI referendum esse P. Egenolff per litteras a me rogatus humanissime mecum communicauit.

excipiunt. Consilio autem et ratione id factum esse propter eius codicis condicionem uix est probabile (cf. C. Graux, Archives des missions scientifiques a. 1879).

Quodsi recte de codicibus supra disputaui, et *βίβλον* illam *παλαιάν* omnium qui adhuc innotuerunt Arcadii codicum parentem esse apparet, et libri manuscripti quo inter se nexu cohaereant, hoc stemmate illustrari potest:



Capvt altervm.

DE AVCTORE EPITOMAE.

His de codicibus praemunitis quaestio paene desperata de epitomae auctore nobis aggredienda est. Ante Geppertium qui ad hanc quaestionem soluendam accesserunt homines docti ab ea sententia profecti sunt, iam Byzantinorum aetate de auctore epitomae ita dubitatum esse, ut alii Theodosium, alii Arcadium esse existimauerint casuque factum esse, ut in uno eoque uilissimo codice Parisino *C* liber XX seruaretur. Itaque uter uerus auctor esset quaesiuerunt. Atque Prellerus, qui primus quantum sciam in eam rem inquisiuit, Theodosio ut a praestantioribus codicibus commendato epitomam tribuendam esse censuit (cf. Quaest. de hist. gramm. Byz. p. 13). Mauricius Schmidt

autem auctoris nomine in fronte editionis omisso et Theodosio et Arcadio epitomam abiudicauit. In eandem sententiam abiit Lentzius, qui omnibus iis quae de utroque grammatico tradita sunt accuratissime examinatis »quocunque te uertas« inquit »ubique difficultates uerum auctorem epitomes constituendi se offerunt; Arcadii nomen codicis Hauniensis auctoritate uacillatur, Theodosii parum commendatur et incerta et dubia pronunciatione illius codicis et utriusque Theodosii et Byzantii[1]) et Alexandrini ad illud excerpendae Catholicae negotium haud apta persona« (cf. Praef. p. CXXXII). Hillerus uero quominus Theodosium auctorem epitomae esse existimemus, solam utriusque Parisini inscriptionem obstare pronuntiauit (cf. Ann. phil. CIII p. 517).

Geppertius autem prorsus nouam ingressus uiam hoc primum quaerendum esse monuit, num re uera codices unam eandemque epitomam praeberent. Atque codicibus inter se comparatis ad hanc fere sententiam adductus est: Theodosius epitomam Prosodiae Catholicae confecit. Cuius epitomae XIX priores tantum libri ad nostram aetatem peruenerunt, siue quod ille librum XX omnino non excerpsit, siue quod is liber periit. Arcadius autem est compilator, quippe qui primum Theodosii epitomam male et neglegenter descripserit, tum librum XX deperditum ex uariis scriptis suppleuerit. Quod codex Parisinus *B* Theodosii, quem appellat, epitomam amplexus nihilominus Arcadii nomen prae se fert, id nullam habere offensionem censet, cum illius codicis inscriptio »Ἀρκαδίου (Ἁρκαδίου cod.) γραμματική« a recentiore aliquo librario aliunde desumpta in illum codicem illata sit (cf. Herm. VII p. 249 sqq.).

Sane si ipsam rem spectantes utriusque auctoris nomina neglegimus, illi Geppertii sententiae adstipulandum esse demonstrabo. Nec tamen hac ratione quaestio de auctore epitomae ad finem perducta est. Theodosium enim epitomam

---

[1]) Byzantius quem Lentzius putat Theodosius num unquam exstiterit parum certum est (cf. Hiller. in annal. philol. CIII p. 516).

nostram confecisse minime constat; immo parum ueri simile esse et Lentzius exposuit (cf. Praef. p. CXXXI) et ipse alio loco demonstrare conatus sum (cf. Mus. Rhen. XXXVII p. 30). Sed utut res sese habet, Geppertius eo de epitoma bene meritus est, quod primus librum XX quem nunc appellamus epitomatori reliquorum librorum abiudicandum esse animaduertit.

Equidem ut statim meam sententiam proferam, epitomator quis fuerit pro certo dici non posse censeo. Vnum persuasum habeo, neque Theodosium Alexandrinum — de alio cogitari uix potest — neque Arcadium epitomam nostram confecisse. Attamen si hariolari licet, eam Aristodemo illi, de quo Suidae s. u. haec sunt uerba: *ἐπιτομὴν τῆς καθόλου Ἡρωδιανοῦ ἔγραψε πρὸς Δαναόν*, assignandam esse suspicor. Idem etiam Mauricius Schmidt illa Suidae uerba laudans sensisse uidetur (cf. Arc. p. 1, 1 adnot.). Sed singula uideamus.

Ac primum quidem cum duorum Parisinorum qui Arcadii nomen exhibent archetypus Theodosii nomine significatus fuerit et duos illos codices ad saeculum XVI referendos esse constet, »Arcadii« epitomae auctoris nulla ratio habenda est. An putas XVI demum saeculo ullum de Arcadio epitomae auctore testimonium nobis incognitum in lucem prodiisse? Arcadii nomen quo casu in illos libros irrepserit, quamquam pro certo affirmari nequit, tamen coniectando assequi possumus. Etenim codicem *C* eadem atque Draconem Stratonicensem [1]) et Philemonem [2]) manu scriptum uideri Pulchius me monuit. Quos libros spurios esse Lehrsius tam luculenter demonstrauit, ut qui contra dixerit non facile inuenias (cf. Lehrs. Anal. ad Herod. p. 402 sqq.; Annal. phil. CV p. 465 sq.). Praeterea alterius codicis Parisini *B* inscriptionem a posteriore librario profectam esse Geppertius docuit. Quae res eo probabilior

[1]) Draconis Stratonicensis liber de metris poëticis. Primum edidit Godofredus Hermannus, Lipsiae 1812.

[2]) Philemonis Grammatici quae supersunt. Edidit Frid. Osannus, Berolini 1821.

redditur, quod epitoma nostra in codice *B* Theodosii quae dicitur grammaticam[1]) excipit et ipsum Arcadii nomen parum accurate scriptum est (u. supra p. 13). Videtur igitur auctoris nomen ut parum certum ab eo, qui codicem *π* exarauit, esse omissum; Arcadii ab eo, qui codicem *C* scripsit, additum[2]) ex eoque in codicem *B* illatum esse.

Sed Arcadio e medio sublato ut cum Hillero Theodosium epitomae auctorem esse existimem minime adducor. Immo ad uarias causas, quibus in Mus. Rhen. l. l. demonstrare conatus sum Theodosium eam conficere non potuisse, nunc alia accedunt argumenta.

Ac primum quam apte praefatio in epitomam quadret (cf. Hiller. Quaest. Herod. p. 24), infra p. 26 sqq. clarius apparebit; neque quin ab ipso epitomatore confecta sit, est cur dubitemus. Quae praefatio mea quidem sententia a Theodosio nullo modo potest esse profecta. Nam ex uerbis 1, 4 *Σκόπει οὖν εἴ τι καὶ ἡμῖν κτλ.* atque praecipue 2, 21 *Εἰ δέ τι συντομώτερον τοῦ πρὸ ἡμῶν ἐπειγομένου πεποιήκαμεν, ὥσπερ ἐξήτησας* (an ἐξήτησας? cf. Schm. l. l.), *μετὰ τοῦ σαφεστέρου καὶ εὐσυνόπτου τοῖς πολλοῖς αὐτὸς ἐπικρινεῖς* illam potius esse epistulam dedicatoriam appellandam et epitomam hominis nescio cuius in usum confectam esse facile apparet. Vtrumque autem a Theodosii consuetudine prorsus abhorrere omnes mecum sciunt, qui eius *Κανόνας εἰσαγωγικοὺς περὶ κλίσεως ὀνομάτων* et *περὶ κλίσεως ῥημάτων* et tractatum *περὶ τῶν ἐν ταῖς πτώσεσι τόνων* (cf. Bekk. An. Gr. p. 975 sqq.) nouerunt. Adde quod Choerobosco cui si non omnia tamen plurima eaque praestantiora Theodosii scripta nota fuisse nemo non concedit, numquam epitomae Prosodiae Catholicae ab eo confectae mentionem facit.

Restant uaria Constantini Lascaris testimonia a me supra p. 7 commemorata et codicum Theodosianorum quos appellaui auctoritas. Quae quomodo expedienda sint, iam uiden-

---

[1]) Theodosii Alexandrini Grammatica. Edidit Goettling (cf. Mus. Rhen. XXXVII p. 29).

[2]) Cf. Suidas s. u. et Lentz. Praef. p. CXXX.

dum est. Neque id difficile est negotium. Nam Lascaris testimonia si cum illorum codicum inscriptione et ea adnotatione, quam ante initium primi libri legi monui, comparas, quin ex illis codicibus uel potius ex *βίβλῳ παλαιᾷ* desumpta sint, minime dubitabis. Quid quod Lascaris in epistula ad Ximenem *τὸ περὶ τόνων τὴν μεγάλην φημὶ προσῳδίαν* laudat, tamquam Herodiani Prosodia Catholica etiam *περὶ τόνων* inscripta fuerit? Omnia igitur quae de Theodosio epitomae auctore tradita sunt, ex *βίβλου παλαιᾶς* auctoritate pendent, quam Lentzius incertam et dubiam esse pronuntiauit (u. p. 13). His igitur omnibus reputatis multo probabilius est inscriptionem illius libri uetusti a Constantino Lascari usurpati a recentiore aliquo grammatico tum additam esse, postquam ab alio auctoris nomen omissum est et liber XX periit. Quamobrem epitoma ipsi Theodosio, non aliorum grammaticorum uni alteriue adscripta fuerit, uix est cur addam. Theodosii enim Alexandrini de grammatica ac maxime de prosodia librorum memoria cum esset notissima, fieri facillime potuit, ut recentiores grammatici *ἀδέσποτα* eius nomine ornarent.

Aristodemo autem ut epitomam tribuendam esse suspicarer, his duabus adductus sum rationibus. Primum enim ne uestigium quidem alius epitomae Catholicae totius exstat: nam Ioannis Alexandrini *Τονικὰ παραγγέλματα* proprie epitomam Catholicae appellare non licere infra demonstrabo. Tum Suidae de Aristodemo uerba mirum quantum in nostram epitomam quadrant. Sed quoniam certiora desunt argumenta, hanc epitomam etiam in posterum sub Arcadii nomine circumferemus.

Capvt tertivm.

DE ORIGINE EPITOMAE.

Ex iis, quae de epitomae codicibus et auctore disputaui, apparet, quam iniuste et inique ii iudicauerint, qui ingentem cum lacunarum tum scripturae uitiorum copiam omnem ipsi epitomatori tribuendam esse existimauerunt[1]). Neque enim haec uitia is commisit, qui primus ex Herodiano epitomam confecit, sed eorum socordia ea nata esse ostendam, qui hanc epitomam transscripserunt et ita propagauerunt, ut quasi noua epitoma efficeretur.

Ac primum quidem inde quod omnes quos enumeraui epitomae codices ad *βίβλον παλαιάν* referendi sunt, illam autem *βίβλον* XIX priores tantum libros continuisse constat, librum XX a Geppertio Arcadio suo iure abiudicatum esse luculentissime efficitur. Qui tamen uir doctissimus compilatorem ad multo uetustius quam par est tempus uidetur rettulisse. Res autem haec est:

Cum is grammaticus qui 'Draconem' et 'Philemonem' composuit[2]) ex indice p. 4, 21 librum XX excidisse animaduertisset, idem eam lacunam supplere constituit. Quapropter praefixo titulo *περὶ τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως καὶ τῶν σχημάτων αὐτῶν καὶ περὶ χρόνων καὶ πνευμάτων* opusculum congessit, quod cum epitoma his uerbis consuit: *Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τόνων, διεξοδικῶς μέν, ἀλλὰ τοσοῦτον· οὐ γὰρ ἄλλως κατ' ἐμὲ οἷόν τ' ἦν συντεθεῖσθαι τῷ τὸ μῆκος τῆς*

---

[1]) Vt unum afferam, C. E. A. Schmidtius Sedinensis in epitoma spernenda eo progressus est, ut haec scriberet: „Nun hat zwar die Schrift des Arcadius gewiss ausserordentlich wenig Werth, denn in Formlosigkeit mag es ihr nicht leicht ein griechisches Werk zuvorthun und der Stoff den sie bietet reicht nicht über nothdürftige Aeusserlichkeit. Hätten wir wirklich dies Buch nicht, der Verlust wäre viel leichter zu ertragen als viele andre. Für die kleinste von den verlorenen Schriften des Apollonius wäre diese ganze kümmerliche Accentlehre mit Vergnügen hinzugeben" (cf. Über die dem Arcadius beigelegte Schrift *περὶ τόνων*, Sedini 1864 p. 2).

[2]) Cf. Hermann. Praef. ad Drac. p. XVIII.

Ἡρωδιανοῦ πραγματείας ἐκφυγεῖν βουλομένῳ· νῦν δὲ περὶ αἰτίας τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως καὶ τῶν σχημάτων αὐτῶν διὰ βραχέων διαληψόμεθα· ἔτι δὲ περὶ χρόνων καὶ πνευμάτων. Quae profecto uerba nec minus ea, quae in fine sectionis *περὶ χρόνων* leguntur: *Καὶ περὶ τούτων ἅλις· νῦν δὲ περὶ πνευμάτων διαληψόμεθα* Pseudo-Draconem arguunt, cuius in libro eadem fere uerba plus semel obuiam fiunt uelut 9, 5 *νῦν δὲ περὶ χρόνων τῶν τοῖς πολλοῖς δυσκαταλήπτων διεξοδικώτατα μετ' ἐπιμελείας καὶ παραδειγμάτων ἀρξόμεθα λέγειν* | 106, 10 *καὶ περὶ μὲν τούτων κατὰ στοιχεῖον μετὰ κανόνων καὶ παραδειγμάτων ἅλις· καθόλου δέ σοι κανόνες ἔστωσαν οὗτοι* | 142, 14 *καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τοῦδε εἰρήσθω, νῦν δὲ περὶ αὐτῶν τῶν μέτρων, καὶ πρῶτόν γε κτλ.* | 161, 13 *τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν διαλέκτων ἔχεις εἰδέναι. καὶ περὶ μὲν τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου μετὰ πάσης τεχνολογίας — ἀρκούντως εἴρηται· νῦν δὲ καὶ περὶ τῶν ἐφεξῆς ὡς ἐν βραχεῖ διαληψόμεθα, καὶ πρῶτον κτλ.* | 168, 16 *τοσαῦτα δέ σοι καὶ περὶ πάντων τῶν μέτρων, καὶ ὡς οἷόν τε κανονικῶς τεταγμένων* - - -· *νῦν δὲ κτλ.* Atque ad illud opusculum consarcinandum primum ex Theodosii quae dicitur grammatica tractatum *περὶ τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως* una cum insequenti capite *περὶ προσῳδιῶν* adsciuit. Sectiones autem *περὶ χρόνων* et *περὶ πνευμάτων* aut ex ipsa ultima parte eius grammaticae, cuius *λέξεις* explicauit auctor lexici *τῆς γραμματικῆς* a Bachmanno ex codice Coisliniano 345 in Anecd. Graec. II p. 325 sqq. editi, aut ex libro simillimo haustas esse dixi in Mus. Rhen. l. l. Epitomae igitur lacuna hac ratione expleta Pseudo-Arcadius sibi constans ex indice ea omisit, quae ad librum XX et XXI qui uulgo uocatur (u. infra p. 19) pertinebant; tum iustum indicis locum non post prologum, sed ante eum esse ratus ordinem inuertit (cf. supra p. 5) ipsique prologo hanc inscriptionem dedit, in qua simul encliticorum doctrinae, quam in indice non esse commemoratam animaduertit, mentionem fecit: *Ἀρκαδίου περὶ τόνου τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου καὶ περὶ εὑρέσεως τῶν προσῳδιῶν καὶ περὶ ἐγκλιτικῶν καὶ ἐγκλινομένων, ἐν ᾧ καὶ περὶ πνευμάτων καὶ χρόνων.*

Quae cum ita sint, facile quaestionem neglegere possumus, utrum ille *περὶ τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως* tractatus, quem Lentzius quidem suspicionem mouere putauit (cf. Praef. p. CXXXIV), alii ut insiticium eiecerunt, ex Catholica excerptus sit necne. Insequentem autem sectionem *περὶ προσῳδιῶν* ab Herodiano alienam esse inter omnes constat (cf. M. Schmidt. ad Arc. p. 217, 12; Hiller. Quaest. Herod. p. 29; Lentz. Praef. p. CXXXIV). De capitibus *περὶ χρόνων* et *περὶ πνευμάτων* quid iudicandum sit, postremo huius commentationis capite exponam.

Restant libri XIX[1]) neque tamen ei interpolationum expertes. Qua de re cum in alia commentatiuncula egerim (u. Herm. XVII p. 24 sqq.), hoc loco in eo acquiescam, ut sententiam meam breuiter comprehendam. Ac primum euicisse mihi uideor totum librum XV una cum duobus de encliticis tractatibus, qui nunc in eius libri fine leguntur et cum adnotatione *καὶ ταῦτα μὲν περὶ --- συλλαβῶν* quae in fine libri XIV exstat, non esse Arcadii. Quae p. 199, 4—200, 20 inueniuntur ut spuria eicienda esse cum M. Schmidtio Hillero Lentzio censui. Contra Lentzium eam quae p. 204, 19—206, 5 legitur sectionem de praepositionibus insiticiam esse demonstrare conatus sum.

---

[1]) In indice p. 5, 1—14 alius libri, qui Catholicae subiunctus fuit, mentio fit. Concedo fieri potuisse, ut is liber, qui breuitatis causa liber XXI uulgo appellatur, una cum libro XX excideret. Neque tamen illum librum ab Arcadio excerptum esse constat. Mihi quidem multo probabilius uideri fateor epitomatorem in argumento illius libri paulo fusius indicando acquieuisse, quod materiam eo libro tractatam uulgo tritissimam et uel tironibus satis notam fuisse existimaret. Egit enim Herodianus illo libro *περὶ διαστολῶν* (sic *A* et Matritensis, *διαστολῆς BC*) *καὶ συναλοιφῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρακολουθούντων τῇ ἀναγνώσει* i. e., ut ex exemplis allatis sequitur, de inclinatione et anastrophe. Quibus in uerbis explicandis Lentzius et Hillerus ita inter se dissentiunt, ut ille *διαστολῆς* uocabulo interpunctionem significatam esse existimauerit, hic id *πάθος* intellegendum esse contenderit, quod ad duarum litterarum aut uocularum distinctionem attineat, ueluti cum disceptaretur utrum scribendum esset *ἔστιν ἄξιος* an *ἔστι Νάξιος*, uel cum statueretur scribendum esse *δουρὶ κλυτός* non *δουρίκλυτος* (cf. Lentz. Praef. p. LVII; Hiller. Quaest. Herod. p. 26). Equidem Lentzii

Denique ab Arcadio alienam esse alteram sectionis de adverbiis partem (i. e. p. 207, 10—209, 19) ostendi. Sectio autem de coniunctionibus, quae illam excipit, cum in ea nihil insit, quod ab Arcadii consuetudine abhorreat, num ei abiudicanda sit, in medio reliqui. Haec de partibus insiticiis.

Iam aliud uidendum est. Hillerus enim Quaest. Herod. p. 23 eam qua utimur epitomam Arcadianam non ex ipsa Herodiani Prosodia Catholica sed ex uberiore quadam epitoma excerptam esse suspicatus est. Contra Lentzius comparatis inter se Arcadii et iis Herodiani locis, quibus ipse technicus Catholicam laudat, nostram epitomam re uera ex Catholica ipsa excerptam esse censet (cf. Praef. p. LIX sqq.). Ac profecto cum plurima grammaticorum scripta uelut Stephani Byzantii Ethnica, Choerobosci Orthographia (u. Lentz. Praef. p. CXXXVI et CLXXXVI), uarii tractatus *περὶ ἐγκλινομένων* (cf. Bekk. An. Gr. p. 1142 sqq.), liber *περὶ διχρόνων* qui dicitur, de quo in postremo huius commentationis capite disputabimus, alia, plus minusue in breuius redacta ad nostram aetatem peruenerint, permirum esset, si Arcadii epitoma, quae excerptoribus ansam praebebat facillimam, ex Byzantinorum hominum manibus talis prodiisset, qualis ab ipso epitomatore profecta est. Neque uero ea quam Lentzius ingressus est uia haec quaestio diiudicari potest. Immo id inuestigare debuit uir doctissimus,

---

interpretationem probo neque dubito quin Hillerus, si ueram codicis Hauniensis lectionem — Schmidtius enim ex Blochii apographo idem atque uterque Parisinus *διαστολῆς* praebet — nouisset, aliter iudicaturus fuerit. Nam ex Ioannis Alexandrini uerbis p. 3, 23 (ed. G. Dindorf): *ἀναγκαῖον καὶ περὶ στιγμῶν εἰδέναι πραγματείαν. εἴ γε τὰς ὀξυνομένας τῶν λέξεων, εἰ μὴ στιγμὴ μετὰ ταῦτα ἐπιφέροιτο, βαρύνειν χρεών κτλ.* Lentzius optimo iure colligit, Herodianum in Catholica de interpunctione, quippe quae ad accentum recte ponendum multum ualeat, egisse. Quam *περὶ στιγμῶν* doctrinam cum ad syntaxin duorum uel complurium uocabulorum pertineat, non nisi in libello Catholicae subiuncto locum habere potuisse et per se consentaneum est et Arcadii uerba *περὶ διαστολῶν*, quae prorsus idem atque Ioannis *περὶ στιγμῶν* significant, luculenter docent.

num in permultis illis canonibus uel canonum particulis, quas ex aliis fontibus admirabili diligentia collegit, una alteraue regula ita conformata esset, ut potius ad epitomam quam ad ipsam Catholicam referenda esse uideretur, i. e. num quis excerptor Arcadii epitoma usus esset. Quae res cum a Lentzio neglecta sit nobis conficienda est.

Atque in Pseudo-Choerobosci Epimerismis in Psalmos[1]) haud pauci canones tonici insunt, qui cum Arcadii canonibus egregie consentiunt. Arcadius autem cum, ut infra exponam, certam et ab aliis epitomatoribus diuersam in Herodiano excerpendo normam sequeretur, fieri minime potuit, ut Arcadius et Pseudo-Choeroboscus adeo inter se congruerent. Cum Lentzio auctore (cf. Praef. p. CCIV) ipsum Herodianum ab epimerista consultum esse uix credibile sit, magnopere mirandum est, quod u. cl. ne suspicatus quidem est illum Arcadii epitoma usum esse. Quod re uera factum esse his exemplis confirmatur:

Epim. 23, 12 *ἁμαρτωλός*: *Τὰ διὰ τοῦ ωλος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὑπερθετικὰ* (leg. *ἐπιθετικὰ*) *ἁπλᾶ ῥηματικὰ ἔχοντα τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους μακρὰν ὀξύνονται, οἷον φειδωλός, αἰτωλός, οὕτως οὖν καὶ ἁμαρτωλός. τὸ μέντοι ἕωλος παρώνυμόν ἐστι καὶ τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους βραχεῖαν ἔχει.*	Arc. 67, 7: *Τὰ διὰ τοῦ ωλος ὑπερδισύλλαβα ἁπλᾶ ῥηματικὰ ἔχοντα τὴν τρίτην μακρὰν ὀξύνεται· φειδωλός, αἰτωλός, ἁμαρτωλός. τὸ μέντοι ἕωλος ὁ χθεσινός προπαροξύνεται ὡς παρώνυμον καὶ τὴν τρίτην βραχεῖαν ἔχει.*
Epim. 32, 8 *νόμος*: *Τὰ εἰς μος καθαρὰ δισύλλαβα ἀρχόμενα ἀπὸ συμφώνου παραληγόμενα τῷ ε ἢ τῷ ο μὴ ὄντα τριγενῆ βαρύνεται, οἷον γόμος, τρόμος, βρόμος. εἰ δέ τι τούτων ὀξυνθείη, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ὀξύνεται.*	Arc. 67, 19: *Τὰ εἰς μος δισύλλαβα παραληγόμενα τῷ ο ἢ ε μὴ ὄντα τριγενῆ βαρύνεται ἀρχόμενα ἀπὸ συμφώνου ἢ συμφώνων· βρόμος, γόμος, τρόμος, δρόμος, ῥόμος ὁ σκώληξ, τόμος ὁ τετμημένος, τομὸς ὁ τέμνων.*

[1]) Georgii Choerobosci Epimerismi in Psalmos. E codice manuscripto Bibl. Reg. Paris. edidit Thomas Gaisford Oxonii 1842.

Epim. 46, 35 *καιρός*: *Τὰ εἰς ρος καθαρὰ δισύλλαβα τῇ αι διφθόγγῳ παραληγόμενα, εἰ μέν εἰσι κύρια, βαρύνονται, οἷον Σφαῖρος, Καῖρος· εἰ δὲ μή, ὀξύνονται, οἷον καιρός, θαιρός.*

Arc. 79, 13: *Τὰ εἰς ρος δισύλλαβα παραληγόμενα τῇ αι διφθόγγῳ, εἰ μὲν κύρια εἴη, βαρύνεται· Σφαῖρος, Σκαῖρος· εἰ δὲ μὴ οὕτως, ὀξύνεται· καιρός. τὸ δαῖρος διφορεῖται ἤτοι ὁ καυστικός.*

Dixerit quispiam, inde quod utriusque epitomatoris canones ad uerbum fere consentiunt, nihil aliud consequi quam utrumque merum Herodianum expressisse. Equidem aliter iudicandum esse ostendam.

Ac primum apud Stephanum Byzantium p. 55, 15 canon de hyperdisyllabis in *ωλος* sic conceptus est: *ὀξύνεται δὲ Αἰτωλός· τὰ γὰρ εἰς ωλος ἀρσενικὰ πρὸ τοῦ ω τὸ ι ἔχοντα ὀξύνεται· Κασιωλός, Πακτωλός, ἁμαρτωλός. τὸ Σιάριωλος θηλυκόν ἐστι καὶ τὸ Μαύσωλος οὐκ ἔχει τὸ τ.* »Quum uterque« inquit Lentzius (cf. Herod. I 165, 15 adnot.) »et Arcadii et St. Byzantii canon ex Herodiano petitus sit neque tamen consociari possit, sumendum est Herodianum duplici modo praeceptum de nominibus in *ωλος* constituisse, quare St. Byzantii canonem additis uerbis *καὶ ἄλλως* inserui; summam utriusque canonis eodem redire perspicuum est.« Immo duos illos canones optime consociari posse infra exponam. Inde autem quod illud de nominibus in *ωλος* praeceptum apud Herodianum aliter atque apud Arcadium conceptum fuit, epimeristam id praeceptum ex Arcadio desumpsisse efficitur.

Luculentissimum uero argumentum ex altero quem proposui canone petitur. Etenim Lentzius nomina *ε̄* praefinita illius generis praeter dubia *δέμος νόμος ἢ δεσμός* Suid. et *θεμός* Hesych. non reperiri recte monuit (u. Herod. I 169, 4 adnot.). Accedit quod Arcadius in similibus regulis omnibus, ubi complura uocabulorum genera comprehendit, ad unumquodque illustrandum exempla addit hunc in modum: *Τὰ εἰς δων ὑπὲρ δύο συλλαβάς, εἰ παραλήγοιτο τῷ ō ἢ ā ἢ ῡ, βαρύνεται, οἷον ἀνόδων, κινάδων, Κορύδων.* Itaque aut per errorem omissa sunt uocabula in *εμος* aut

in ipsis canonis uerbis alia latet corruptela. Vtrum factum sit, nihil refert, cum inde quod in Epimerismis idem obuiam fit uitium, Arcadii canonem in eos transiisse tuo iure concludas. Sed ut paucis rem absoluam, Arcadius fortasse nimio breuitatis studio ductus Herodiani sententiam male expressit. Similis enim canon legitur in Epim. Cram. I 122. 3: *Τὰ εἰς μος λήγοντα τῷ ō παραληγόμενα δισύλλαβα μονογενῆ ὄντα βαρύνεται, εἰ μὴ διάφορον εἴη τὸ σημαινόμενον· γόμος, νόμος, τρόμος, δρόμος. εἰ δέ τι ὀξύνεται, πρὸς διάφορον σημαινόμενον· νομὸν κατὰ τρόμον κτλ.* Theognostus (u. infra p. 33) illum Herodiani canonem suo more in regulam orthographicam conuertens p. 63, 31: *Καθόλου,* inquit, *τὰ εἰς ος εἴτε βαρύτονα εἴτε ὀξύτονα ἀπὸ ῥημάτων τὸ ε παραληγομένων γινόμενα διὰ τοῦ ō μικροῦ γράφονται· βρέμω βρόμος, γέμω γόμος κτλ.* Denique hunc ipsius Arcadii canonem appono: *Τὰ εἰς μη ἰαμβικὰ παραληγόμενα τῷ ō ἀπὸ ῥημάτων παραληγομένων ε̄ ὀξύνεται. δρέμω δρομή, τέμνω τομή, νομή κτλ.* (u. Arc. 126, 15). Itaque epitomatori haec fere scribenda erant: *Τὰ εἰς μος δισύλλαβα παραληγόμενα τῷ ō ἀπὸ ῥημάτων τῷ ε̄ παραληγομένων κτλ.*

Ex iis quae proposui exemplis inter epimeristae fontes Arcadii epitomam fuisse efficitur. Quod quanti ad Arcadium recte aestimandum sit momenti, statim apparebit. Licet enim epimerista non omnes quos praebet canones prosodiacos ex epitoma hauserit (e. g. *ἀσεβής* 17, 31; *ἐγώ* 63, 1; *ὤψ* 57, 34; *δίκαιος* 60, 32; *οἶκος* 77, 34; *σίον* 83, 8; *πόα* 93, 28; *μυρίας* 106, 29; *ἄνασσα* 102, 8, alios), tamen optimo iure contendere mihi uideor eos epimeristae canones, quos Lentzius Praef. p. CCIV ut ex Herodiano petitos enumerauit, non ex ipsa Catholica sed ex Arcadii epitoma fluxisse. Epitomae autem quo Pseudo-Choeroboscus usus est exemplar uberius et emendatius fuisse quam id quod ad nostram aetatem peruenit, h. e. eam epitomae formam, quam Constantinus Lascaris ex *βίβλῳ παλαιᾷ* descripsit, non solum, ut modo docui, in fine mutilatam et interpolationibus deprauatam, sed etiam ex genuina epitoma breuiorem factam esse paucis exemplis illustrabo:

Epim. 27, 7 *καθέδρα*: *Τὰ εἰς ρα θηλυκὰ μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου παροξύνεσθαι θέλει, καὶ μακρὸν ἔχειν τὸ ᾱ, καὶ τῷ ε̄ ἢ διχρόνῳ παραλήγεσθαι, οἷον Φλέγρα, πέτρα, λέπρα. οὕτως οὖν καὶ καθέδρα. τὸ Ἐρυθρὰ ἡ πόλις πληθυντικῶς λεγόμενον ὁμοῖα τῷ ἐπιθετικῷ ἐτονήθη. Σεσημείωται τὸ Τάναγρα καὶ σκολόπενδρα προπαροξυνόμενα καὶ συστέλλοντα τὸ ᾱ.*

Arc. 116, 6: *Τὰ εἰς ρα μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου παροξύνεται καὶ μακρὸν ἔχει τὸ ᾱ· ὕδρα, πέτρα, ῥήτρα, φαρέτρα, γάστρα, μήτρα. Σεσημείωται τὸ Τάναγρα καὶ σκολόπενδρα προπαροξύτονα καὶ συστέλλοντα τὸ ᾱ.*

Vtrumque canonem si cum eo comparaueris, quem Lentzius I 264, 10 restituit, quin et epimerista et noster Arcadius ex uberiore epitoma hauserint, minime dubitabis (u. etiam Arc. 129, 17: *τὸ δὲ Αἰξωνή ὀξύνεται καὶ τὸ Κλεωναί καὶ Μολωναί πόλεις πληθυντικῶς λεγόμεναι*).

Epim. 27, 32 *λοιμός*: *Τὰ εἰς μος καθαρὰ δισύλλαβα διφθόγγῳ παραληγόμενα ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα σπανιά ἐστι καὶ ὀξύνονται, οἷον λαιμός, λοιμός. τὰ δὲ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενα βαρύνονται, οἷον αἶμος, οἶμος.*

Arc. 68, 13: *Τὰ εἰς μος δισύλλαβα διφθόγγῳ παραλήγοντα ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα ὀξύνεται· λοιμός, λαιμός. τὸ Δεῖμος*[1] *καὶ οἶμος βαρύνεται.*

Verba epimeristae quae sunt *τὰ δὲ ἀπὸ — ἀρχόμενα* non ab eo de suo uel ex Herodiano addita, sed ab eo qui genuinum Arcadium in breuiorem formam redegit, omissa esse ipsa ratio docet; nam ubi eorum uocabulorum quae a consona incipiunt mentio fit, uocabula a uocalibus incipientia iis opponi exspectamus (cf. Arc. 35, 15; 35, 18; 56, 12;

[1]) Pro *Δεῖμος*, quod per se suspicionem mouet, *δὲ αἶμος* scribendum esse suspicor.

121, 17; 172, 13; 175, 14; 175, 22; 181, 7; 182, 3; 182, 17; cf. etiam 31, 14; 32, 17; 77, 19; 124, 3; 126, 3; 141, 8; 174, 7).

Epim. 99, 35 *φωνή*: *Τὰ εἰς $\overline{\nu\eta}$ δισύλλαβα τῷ ō παραληγόμενα βαρύνονται, χωρὶς τῶν ἀποτελούντων συζυγίαν πρώτην τῶν περισπωμένων· φωνῶ γὰρ φωνή, ὠνῶ καὶ ὠνή.*

Arc. 129, 12: *Τὰ εἰς $\overline{\omega\nu\eta}$ δισύλλαβα παροξύνεται· ζώνη, μνώνη, σμώνη ἡ πλῆξις τοῦ ἀνέμου· τὸ δὲ φωνή ἀπὸ τοῦ φωνῶ καὶ τὸ ὠνή ἀπὸ τοῦ ὠνῶ ὀξύνεται.*

Epimerista igitur eam tantum huius canonis partem seruauit, quae ad uocis *φωνή* accentum explicandum sufficere uidebatur; qua de re infra p. 31 sqq. fusius agendum erit. Epitomator autem ex uberiore quam ante oculos habuit epitoma cautionem *χωρίς* — *περισπωμένων* omisit (u. Arc. 92, 17).

Multa praeterea exempla afferre possum, quibus eluceat in ea qua nunc utimur epitoma et singula exempla et singulas definitiones et explicationes desiderari, quae sine dubio in integra epitoma exstiterint; sed longum est omnia perlustrare. Quin praeterea singuli canones interciderint, uix est cur dubitemus. Neque tamen tot excidisse uel ab ipso epitomatore omissos esse, quot Lentzius existimauit, infra exponam.

Denique hoc moneo, eos epimeristae canones tonicos, qui ad spurias Arcadii partes pertinent, uelut *οὔ* 10, 12; *αἱ εἰς $\overline{\alpha\iota}$ δισύλλαβοι εὐθεῖαι* 66, 4; *λαός* 68, 11; *πᾶσα γενική* 71, 24; *τότε* 80, 18; 96, 33; *ἅμα* 123, 17, certe non ex ea qua utimur epitoma deriuatos esse neque quicquam obstare, quominus ex genuina epitoma eos fluxisse putemus.

Liber II.

Capvt primvm.

DE ARCADII IN EXCERPENDO RATIONE.

Quoniam priore huius commentationis parte de epitomae origine et fatis exposui, nunc quae inter Arcadium et Herodianum intercedat necessitudo, uel potius quomodo epitoma ad Herodianum restituendum uti possis quaerendum est. Egerunt de ea re Schmidtius Sedinensis, Über die dem Arcad. beigelegte Schrift *περὶ τόνων* p. 3 sqq.; Hillerus Quaest. Herod. p. 19 sqq. et in Annal. philol. CIII p. 515 sqq.; Lentzius Praef. p. LXIII sqq.; nec tamen quisquam eorum uerum inuestigauit.

Quae quaestio cum ex praefatione siue epistula dedicatoria epitomae praefixa recte interpretanda pendeat, eam hoc loco totam describam:

Τοὺς[1]) *ἐφικέσθαι τῆς ἐν προσῳδίαις καθολικῆς ἀναλογίας ποθοῦντας*[1]), *πρὸς δὲ τὸ μῆκος τῆς Ἡρωδιανοῦ πραγματείας ἀπαγορεύοντας*[1]) *ἡ δι᾽ ἐπιτομῆς παράδοσις ὀνήσει πρὸς τὸ βούλημα. Σκόπει οὖν εἴ τι καὶ ἡμῖν ἤνυσται χρήσιμον εἰς συντομίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς σαφήνειαν.*

Ἐπεὶ γὰρ τὸ πολύυλον τῶν ὁρισμῶν ἐν πολλοῖς κανόσιν ἀθρόως κείμενον δύσληπτον ἦν, καταδιῃρέθη τοῦτο, ἵν᾽ εὔληπτα γένηται διαιρεθέντα τὰ ἐφ᾽ ἓν κείμενα τῷ Ἡρωδιανῷ· τὸ γὰρ ἅμα γένος εἶδος σχῆμα κατάληξιν παράληξιν ἀρχὴν χρόνον στοιχεῖον πάθος παρατηρεῖν, καὶ ὅσα ἄλλα, ἢ τὰ πλεῖστα τούτων, χαλεπὸν καὶ δυσέφικτον· ἐφ᾽ ἑκάστῳ δὲ τῶν τοιούτων ὁρισμῶν ἡ μὴ ἐπιπολῆς ἅμα διὰ τῶν[2]) *παραδειγμάτων εὐθὺς παράθεσις ἀπαγορεύει διάνοιαν, ὥστε ῥᾷον*

---

[1]) *Τοὺς — ποθοῦντας — ἀπαγορεύοντας* scripsi cum Lehrsio pro codicum lectione *Τὸ — ποθοῦντες — ἀπαγορεύοντες* (cf. Lentz. Herod. III p. IV).

[2]) *ἐπὶ πολλοῖς A* seruauerunt C. E. A. Schmidtius Sedinensis l. l. p. 2; Hiller. Quaest. Herod. p. 19; *ἐπιπολῆς BC*; M. Schmidtius Ienensis proposuit: *ἐπιπολῆς μὰ Δία*; Lentzius coniecit: *ἡ μὴ ἔτι πολλὴ ἅμα*

τοῖς ἄλλοις ἀκολουθεῖν. δεῖ δὲ τὸν ἐφ᾽ ἑκάστου κανόνος . . . . . [1]) λόγον οὕτως ἔχειν αὐτὸν ἐντελῆ συναγόμενόν τε ἐκ τῶν κατὰ μέρος, ἵνα μὴ συντομία μόνον, ἀλλὰ καὶ σαφήνεια τοῖς ἐντευξομένοις ὑπάρχῃ.

Συντομίας δὲ χάριν παρεῖται τὸ διὰ ζητήσεως κανονίζειν τῶν μὲν ἀνατρεπομένων λόγον, τῶν δὲ κρατυνομένων· ἱκανὸν γὰρ τῷ κρατοῦντι λόγῳ πείθεσθαι περὶ τῆς ὀρθῆς προσῳδίας, ὥστε τῆς ὀρθότητος τοῦ ἑλληνισμοῦ μὴ διαμαρτάνειν, καὶ τοῦ ταύτην συνιστάντος λόγου μὴ ἀνεπιστήμονα ἔχειν. ἀλλὰ καὶ τὸ πολὺ πλῆθος τῶν παραδειγμάτων, καὶ ἡ περὶ τῶν ἀγνοουμένων ἐν αὐτοῖς ἐξήγησις, καὶ ἡ τῆς χρήσεως αὐτῶν πολλὴ παράθεσις καταλέλειπται τῷ συγγραφεῖ. κἀκεῖθεν αὐτὰ λήψεται ὁ μὴ μόνον τὴν τῶν προσῳδιῶν ὀρθότητα ζητῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς δυνάμεις καὶ χρήσεις φιλομαθῶν.

Εὐθὺς οὖν τὴν ἐν τῷ προοιμίῳ διατριβὴν περιελόντες, ἐνδεικνυμένην τὸ μέγεθος τῆς πραγματείας, καὶ τῶν πρότερον γεγραφότων τὸ ἐνδεὲς ἐλέγχουσαν, ἐπ᾽ αὐτὰ ἥξομεν τὰ πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀναλογίας κατεπείγοντα. εἰ δέ τι[2]) συντομώτερον τοῦ πρὸ ἡμῶν ἐπειγομένου πεποιήκαμεν, ὥσπερ ἐζήτησας, μετὰ τοῦ σαφεστέρου καὶ εὐσυνόπτου τοῖς πολλοῖς, αὐτὸς ἐπικρινεῖς.

Arcadius igitur et breuitati et perspicuitati consulere uoluit. Atque breuitatis causa quid recidisse sese fateatur, et per se perspicuum est et Lentzius accuratissime explanauit exemplisque illustrauit (u. Praef. p. LXIV). Quod uero idem u. cl. epitomatorem etiam alia, quibus Herodianus in Catholica multum tribuerit, omisisse contendit, id parum recte pronuntiatum est. Sane eae quas enumerat omissiones ad singulos locos pertinent et fortasse librariorum incuriae

---

δοκίμων (cf. Praef. p. LXIII); Lehrsius l. l. scripsit: ἐπιπολῆς ἅμα διὰ τῶν παραδειγμάτων παράθεσις omisso εὐθύς, quod ut per dittographiam ex θέσις in παράθεσις natum delendum censuit.

[1]) περιμένοντας codd., ἀφ᾽ . . . παραμένοντα . . . [τε] Goettlingius, περιτέμνοντας M. Schmidtius et Lehrsius scribendum proposuerunt.

[2]) δέ τι] A, πρός BC; δὲ τὸ M. Schmidtius et Lehrsius; equidem Hauniensis lectionem cum Lentzio retinui (cf. supra εἴ τι καὶ ἡμῖν ἤνυσται χρήσιμον).

et oscitantiae tribuendae sunt. Perspicuitati autem quomodo Arcadius prouisum esse uoluerit, alii aliter explicauerunt.

Atque Lentzius idem fere sentiens cum Schmidtio Sedinensi l. l. p. 3 epitomatoris uerba *ἐπεὶ γὰρ — ἀκολουθεῖν* sic Latine uertit: »Multi«, inquit (i. e. Arcadius), »canones definitionum multitudine uno tenore nulla intermissione compositarum difficiles ad capiendum sunt; nam simul attendere ad *γένος* genus (mascul. femin. commun. *μονογενῆ τριγενῆ*), *εἶδος* speciem (primitiua et deriuata), *σχῆμα* (simplicia composita parasyntheta), *κατάληξιν* exitum, *παράληξιν* paenultimam, *ἀρχήν* principium, *χρόνον* productionem et correptionem uocalis ultimae et paenultimae, *στοιχεῖον* consonarum compositaram uel scripturam per simplicem uocalem (e. g. $\bar{ι}$) aut per diphthongum (e. g. $\bar{ει}$), *πάθος* affectionem — multi est laboris. Quare quae apud Herodianum coniuncta fuerunt dispescui et singula statim usu probatis exemplis appositis illustraui. Nam nisi simul statim multa et probata quidem exempla ad unamquamque definitionem apponuntur, animus deficit ita ut non facile reliqua persequi queat« (Praef. p. LXIII).

Quae apud Herodianum coniuncta, ab epitomatore dissecta fuerint, Lentzius sic exponit: »Herodianus uidetur omnes canones de singulari exitu e. g. de nominibus in *δων* tam arcte connexuisse, ut unus quodammodo canon esset e. g. hunc fere in modum: *Τὰ εἰς $\overline{δων}$ δισύλλαβα ὀξύνεται καί βαρύνεται, τὰ εἰς δων ὑπερδισύλλαβα, εἰ παραλήγοιτο τῷ $\bar{η}$ ἢ $\bar{α}$ ἢ $\bar{υ}$, βαρύνεται, τὰ εἰς δων ὑπερδισύλλαβα ὀξύνεται παραλήγοντα τῷ $\bar{ι}$ ἢ ὀνόματα πόλεων ἢ ἐθνικά, τὰ εἰς δων θηλυκὰ ὀξύνεται, τὰ διὰ τοῦ εδων ἀρσενικά τε καὶ θηλυκὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἁπλᾶ ὀξύνεται, τὰ διὰ τοῦ ηδων ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ ὑπερδισύλλαβα διὰ τοῦ $\bar{ο}$ κλινόμενα ὀξύνεται, τὰ διὰ ωδων βαρύνεται.* Tum sequebantur, opinor, apta ad unamquamque partem canonis exempla cum testimoniis scriptorum cum explicatione et omnis generis adnotationibus; quibus additae erant exemptiones iterum cum testimoniis et obseruationibus. Arcadius igitur ut per-

spicuitati consuleret, hunc canonem generalem diremit in septem singulares, e quibus ut ex comparatione Theognosti, Choerobosci et Stephani Byzantii uidemus tres omisit et singulis praeceptis statim uulgatissima exempla apposuit« (u. Praef. p. LXIV).

Et profecto Lentzius recte fecit, quod in Catholica redintegranda non illam ingressus est uiam, sed, ut ipse profitetur, optimum esse duxit Arcadii rationem sequi, qui »et librorum ordinem et canonum seriem retinuit« (u. Praef. p. LXVIII). Nam neque ulli unquam grammatico, nec uero Herodiano in mentem uenire potuisse eiusmodi canones proponere uel ipsa ratio docet; neque Arcadius talia refert.

Hillerus autem postquam in Quaest. Herod. l. l. contra Schmidtium Sedinensem ex epitomatoris uerbis minime effici docuit, in Catholica exempla non suis quibusque canonibus addita fuisse, in Annal. phil. l. l. p. 518 hoc unum epitomatorem effecisse contendit, ut singulas definitiones interpunctione apposita distingueret, uelut cum Herodianus scripsisset: *τὰ εἰς φων ἀρσενικὰ σύνθετα διὰ τοῦ ντ κλινόμενα περισπᾶται*, epitomatorem legentium commoditati inseruientem locum ita mutauisse, ut scriberet: *Τὰ εἰς φων, ἀρσενικά, σύνθετα, διὰ τοῦ ντ κλινόμενα, περισπᾶται.*

Equidem contra existimo. Etenim duas ob causas Arcadius Herodianeos canones uituperat: primum quod saepius propter definitionum copiam difficiles sint ad intellegendum; tum quod exempla congesta non statim cum iis ad quas pertinent definitionibus consociata sint. Vtramque offensionem ut tolleret, *τὸ πολύνλον τῶν ὁρισμῶν καταδιεῖλεν.* Faciamus Arcadium multas illas definitiones interpunctione apposita distinxisse; nonne altera offensio remanet? Ne longus sim, Arcadius impeditiores Herodiani canones dilucidiores et ad intellegendum commodiores ita reddidit, ut definitiones, quas technicus uno tenore proposuerat, in binos uel complures canones distribueret, h. e. initio Herodianei canonis tamquam lemmate pluries posito ex singulis definitionibus nouos confecit canones (exempla u. infra p. 41 sqq.).

Sane hac ratione et τὸ πολύυλον τῶν ὁρισμῶν καταδιῃρέθη et singulis definitionibus in complures regulas distributis sua quibusque exempla addi potuerunt. Itaque Lehrsio uocabulum εὐθύς (cf. supra p. 27) eicienti nullo pacto adstipulandum est; immo ipsum illud aduerbium praecipue urguendum est. Nam si Herodianus in singulis canonibus multas definitiones uno tenore proposuit et ad singulas illustrandas magnam exemplorum copiam congessit, multa exempla longe a suis quibusque definitionibus remota fuerunt neque ubique facile ad quamnam definitionem pertinerent discerni potuit. Ob eandem causam ἐπιπολῆς lectio confirmatur. Distributis enim canonum partibus et exemplis unicuique parti statim appositis, ἐπιπολῆς i. e. facilis ad intellegendum reddita est dispositio.

Verba quae sequuntur δεῖ δὲ τὸν — ὑπάρχῃ quid sibi uelint, non plane liquet. Hoc tamen persuasum habeo, neque codicum lectionem περιμένοντας, quippe quae idoneo sensu careat, seruari, neque uarias quae prolatae sunt coniecturas recipi posse. Qui in tradita lectione acquiescendum esse putant, ii Arcadio hoc tribuunt: Quamdiu singuli ὁρισμοί enumerantur, legentes λόγον i. e. accentus notationem exspectant. Oportet autem ii qui illum λόγον exspectant eum ita ἐντελῆ συναγόμενόν τε ἐκ τῶν κατὰ μέρος habeant, ut legentibus non solum breuitas, sed etiam perspicuitas praebeatur. Qua uero ratione accentus notatio h. e. ὀξύνεσθαι, βαρύνεσθαι, similia, ἐντελῆς et ἐκ τῶν κατὰ μέρος composita esse dici possit, non assequor. Nec magis περιτέμνοντας recipiendum esse syntaxis docet. Scribendum enim erat Arcadio: δεῖ δὲ τοὺς τὸν ἐφ' ἑκάστου κανόνος περιτέμνοντας λόγον οὕτως ἔχειν αὐτὸν -- ἵνα -- σαφήνεια τοῖς ἐντευξομένοις ὑπάρχῃ. Praeterea in uerbo ἔχειν pro παρέχειν, quod requirimus, posito offendo. Quid plura? Sententiarum conexus hic est: δεῖ τὸν λόγον οὕτως ἔχειν αὐτὸν (sc. τὸν κανόνα) ἐντελῆ συναγόμενόν τε ἐκ τῶν κατὰ μέρος, ἵνα μὴ μόνον κτλ.; atque mea quidem sententia haec uoluit dicere: »In singulis canonibus constituendis hanc secutus sum uiam et rationem, ut singulas partes, ex quibus Herodiani canones

constabant, quam paucissimis uerbis redderem neque tamen unam alteramue omitterem. Hac enim ratione non solum breuitati sed etiam perspicuitati et legentium commoditati consulitur.« Itaque hoc loco *λόγος* ipsa canonis uerba singulis exemplis opposita significat. Sub *περιμένοντας* autem latet participium accusatiuo casu masculini generis notione comprehendendi praeditum, uelut *περιείργοντα* uel *περιῃρημένον* uel simile aliquid.

Iam quibusnam rationibus ductus epitomatorem multos Herodiani canones dissecuisse contenderim et quo id modo instituerit exponam. Quae tota quaestio ex altera pendet, quales fuerint Herodiani canones. Atque Hillero si credimus, Arcadius in uniuersum technici canonum formam seruauit. Cui aduersatus Lentzius omnibus fontibus particulas tantum canonum contineri contendit. Quanam uia uterque u. cl. ad sententiam suam peruenerit, facile apparet. Inde enim quod Arcadius technici regulas aliqua ratione magis perspicuas sese effecisse profitetur, ipsius autem epitomatoris praecepta externa quidem specie ab iis, quae ex aliis fontibus innotuerunt, non differre illi uiri docti existimauerunt, nihil aliud relinquebatur, nisi ut in unam aut in alteram sententiam inciderent. Vterque autem in eo peccauit, quod differentias, quas re uera inter Arcadii et reliquorum epitomatorum maximeque Ioannis Alexandrini praecepta intercedere statim apparebit, parum curauit.

Ac primum quidem ipse Herodianus ubi in Monadicorum libris uel in Prosodia Homerica canones tonicos proponit et omnes illi grammatici et lexicographi, qui Catholicae fragmenta et frustula seruauerunt, eam solam canonis partem descripserunt, qua ad eius quam explicaturi erant uocis prosodiam explicandam opus esset. Cuius rei ut pauca exempla proferam, Arcadius de disyllabis in $\bar{\tau}\bar{o}\varsigma$ longa praefinita haec praecepit: 89, 19 *Τὰ εἰς τος δισύλλαβα παραληγόμενα ἑνὶ τῶν φύσει μακρῶν κύρια ὄντα βαρύνεται· Κλῆτος, Δῶτος, Ὦτος. τὸ μέντοι λωτός οὐ κύριον. εἰ μέντοι ἐπιθετικὰ εἴη παραληγόμενα τῷ η̄ ἢ τῷ ω̄, ὀξύνεται, εἰ μὴ ἐπὶ ἀριθμοῦ*

τάττοιτο· ῥητός, πλωτός, πρωτός ὁ πεπρωμένος, πρῶτος δὲ ἐπὶ ἀριθμοῦ. Herodianum disyllaba in *ητος* et *ωτος* uno canone comprehendisse Theognostus de quo statim agendum erit p. 74, 14 docet: *Τὰ διὰ τοῦ ητος* et *ωτος κύρια ἢ ἐπιθετικὰ δισύλλαβα τὴν πρὸ τέλους ἔχει διὰ τοῦ η ἢ διὰ τοῦ ω, οἷον Κλῆτος ὄνομα ποταμοῦ, νῆτος κτλ.* Ipse autem Herodianus Mon. 39, 19 sub uoce *πρῶτος* haec habet: *Τὰ εἰς τος λήγοντα καθαρὰ δισύλλαβα παραληγόμενα τῷ ω τριγενῆ ὀξύνεσθαι θέλει· γνωτός, τρωτός, πλωτός, πτωτός, ἀλλὰ καὶ ὁ πρωτός· τὸ δὲ πρῶτος τοῦ ἀριθμοῦ τὸ ὄνομα βαρύνεται. οὐκ ἀγνοῶ δὲ κτλ.* Idem in Epim. Cram. I 340, 13 factum est, ubi canon sic conceptus est: *Τὰ εἰς τος τῷ ω παραληγόμενα βαρύνεται μονογενῆ ὄντα· Ὦτος, Κλῶτος, Λῶτος ὄνομα αὐλητοῦ, νῶτος — ἡμάρτηται τὸ λωτός.*

Arc. 66, 5: *Τὰ εἰς μος ἔχοντα πρὸ τοῦ μ θ ἢ χ ὀξύνεται· βαθμός, ἰσθμός, ῥυθμός, σταθμός, αὐχμός· σεσημείωται τὸ κρίθμος βαρυνόμενον.* Cuius canonis partem seruauit Eustath. 582, 15: *ὀξύνεται ὁ σταθμός κανόνι τοιούτῳ· τὰ εἰς μος λήγοντα ἔχοντα πρὸ τοῦ μ τὸ θ ὀξύνεται· μηνιθμός --- τὸ κρῆθμος οἱ μὲν κτλ.*; alteram partem citat Herodianus Il. Pros. *M* 148: *τὸ δοχμός ὀξύνεται, ἐπεὶ τὰ εἰς μος μετ᾽ ἐπιπλοκῆς τοῦ χ ὀξύνεσθαι θέλει· αὐχμός, ἰωχμός κτλ.*

Arc. 141, 16: *Τὰ εἰς ρον ὑπερδισύλλαβα παραληγόμενα τῷ α ἢ τῷ ε βαρύνεται· μέγαρον, βλέφαρον, γάργαρον, ἔλλερον τὸ κακόν, ἔντερον. τὸ μέντοι πτερόν δισύλλαβον καὶ τὸ σαρόν τὸ μυλήκορον* (cf. Lentz. I 386, 31) *ἀττικῶς.* In Epim. Cram. I 277, 26 hyperdisyllaborum in *ερον* mentio non fit: *τὰ διὰ τοῦ αρον μονογενῆ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεται· βλέφαρον, Ταίναρον, Γάργαρον, οἴναρον. πρόσκειται ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τὸ σαρόν.*

Arc. 142, 3: *Τὰ εἰς ρον κατ᾽ ἐπιπλοκὴν συμφώνου βαρύνεται· ῥεῖθρον, φίλτρον, κέντρον, ἄρθρον, ἤλεκτρον, νίτρον. σεσημείωται τὸ λουτρόν καὶ λοετρόν.* Herodianus autem in Il. Pros. *O* 678 sola nomina in *τρον* respicit: *τὸ μὲν βλῆ-*

τρον βαρυτονητέον, ἐπεὶ πάντα τὰ εἰς τρον λήγοντα μονογενῆ οὐδέτερα βαρύνεται, σεσημειωμένου τοῦ λουτρόν. (cf. Lentz. I 387, 12).

Quae cum ita sint, non est quod mireris singulorum canonum apud diuersos auctores nonnumquam formas exstare tam diuersas, uix ut ex una eademque regula ortas agnoscas. Cuius rei luculentissimum exemplum est canon de nominibus in *ωλος*, quem supra p. 22 commemoraui; alia exempla infra p. 41 sqq. proferam.

At Theognostus, quem ipsam Catholicam in manibus habuisse constat, canones orthographicos maximam partem ita composuit, ut Herodiani canones tonicos orthographicis rationibus adaptaret: cuius ex canonibus si prosodiacos refingimus, Arcadii simillimos lucramur: inde efficitur utrumque epitomatorem Herodianeorum canonum formam seruauisse (cf. Lentz. Praef. p. CLXXX sqq.: Hiller. in Annal. philol. l. l. p. 514). Quod si quis obiciat, ei haec respondeo. Saepius factum est, ut Theognostus duabus uel compluribus regulis exponat, quae apud Arcadium una eademque comprehenduntur. E. g. Arc. 110, 10 *Τὰ εἰς λα βαρύνεται· ψύλλα, Σκύλλα, Σίβυλλα (Σιβύλλα A), ἄελλα, ἅμιλλα, καὶ ἀνάπαυλα.* Cui Arcadii canoni respondent apud Theognostum hi quattuor: 100, 20 *Τὰ διὰ τοῦ ελλα δισύλλαβα διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γράφονται, οἷον βέλλα, κέλλα, σέλλα.* 100, 22 *Τὰ διὰ τοῦ ελλα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γράφονται· θύελλα, ἄελλα, κτλ.* 100. 24 *Τὰ διὰ τοῦ υλλα δισύλλαβά τε καὶ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τοῦ υ ψιλοῦ γράφονται, οἷον ψύλλα, Σκύλλα, - - Σίβυλλα.* 100, 27 *Τὰ διὰ τοῦ ιλλα δισύλλαβά τε καὶ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τοῦ ι γράφονται, οἷον σκίλλα, Πρίσκιλλα κτλ.* In E. M. 19, 50 et in Ep. Cr. I 14, 31 ille canon sic profertur: *τὰ εἰς λα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς λ καταλήγουσαν πάντα προπαροξύνεται, οἷον δίκελλα, μάκελλα, Σίβυλλα, Πρίσκιλλα, Φαλκώνιλλα καὶ ἄελλαι φωναὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φαίδρᾳ.* Alia exempla quae sunt multa exstant Arc. 9, 3 = Theogn. 31, 6; 31, 9 | Arc. 9, 17 = Theogn. 31, 24;

31, 33 | Arc. 89, 12 = Theogn. 74, 7; 74, 10 | Arc. 110, 12 = Theogn. 100, 31; 101, 3; 101, 5 | Arc. 110, 16 = Theogn. 101, 8; 101, 20 | cet.

Neque tamen desunt exempla contraria uelut Arc. 93, 1, ubi de uocabulis trisyllabis in ετος hi duo canones leguntur: *Τὰ εἰς ετος τρισύλλαβα παραληγόμενα τῷ ε̄ κύρια ὄντα καὶ προσηγορικὰ προπαροξύνεται· [Μέγιστος], Πέλετος, Ἔχετος, Δέρκετος, Μένετος τὸ κύριον, μενετός τὸ ἐπίθετον· τούτοις ἠκολούθησε καὶ τὸ ἔμετος ὡς ἔχων ε̄ ὥσπερ τὰ ἄνω. τὰ δὲ ἔχοντα ᾱ ὁμοίως· ἄργετος, ἄρετος, ἄνετος, ἀνετός δὲ τὸ ἐπίθετον, πάγετος ὅπερ ὀξύνει ἡ συνήθεια. ἔτι ὀξύνεται καὶ τὸ νιφετός, ὑετός, καὶ τὸ αἰετός.* Tum 93, 9: *Τὰ διὰ τοῦ ετος τρισύλλαβα προσηγορικὰ ἢ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται, εἰ μὴ παρωνύμως τετύπωται· κοπετός, πυρετός, τοκετός, συρφετός, ἀφυσγετός ἡ ἀκαθαρσία. τὸ μέντοι ἄσχετος, ἄσπετος, γνύπετος ὁ χαῦνος προπαροξύνεται.* Hi duo canones apud Theognostum in hunc unum contracti sunt: 75, 5 *Τὰ διὰ τοῦ ετος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς κύριά τε καὶ προσηγορικὰ ὀξύτονά τε καὶ βαρύτονα διὰ τοῦ ε̄ γράφει τὴν παραλήγουσαν, οἷον νιφετός, ἄφετος, τοκετός, Ἔχετος ὄνομα κύριον, πυρετός, αἰνετός, τηλύγετος.*

Quodsi Theognostum in iis, quae ex Catholica petiit, accuratissime Herodiani uestigia pressisse etiam sermone plerumque seruato Lentzius l. l. recte contendit, sumamus necesse est Arcadium technici canones modo contraxisse modo diremisse. Inde uero, quod tres illi Theognosti canones de nominibus in λα supra propositi non solum apud Arcadium in unum contracti sunt, neque Epimerismorum Crameri auctor illum canonem ex Arcadio petiit, facillime concludas Theognostum tria quae de nominibus in λα dat praecepta ex uno Herodianeo deriuasse. Neque id semel tantum factum esse cum per se apparet tum infra clarius patefiet.

Cum e contrario Theognostus trisyllaba in ετος uno canone absoluerit, Arcadius autem de illis nominibus duobus canonibus agat, aut Theognostum ex duobus Hero-

diani canonibus unum, aut Arcadium ex uno duos effecisse statuendum est. Hoc alterum et hoc de quo agitur loco et similibus factum esse infra p 41 sqq. demonstrabo. Vterque igitur epitomator Herodiani canones dispescuit. Neque uero ullam habet offensionem, quod in hoc negotio perficiendo saepius mirum in modum consentiunt i. e. quod easdem canonum particulas elegerunt. Nam etiamsi Theognostus Arcadii epitomam non uiderit, qua ex re eum Arcadii rationem et normam imitatum esse conicias, technici canones ita conformati erant, ut singulae eorum partes excerptoribus quorum intererat eos dissecare ultro sese offerrent. Neque tamen nego illi duorum epitomatorum consensui omnino quicquam tribuendum esse; immo cum Arcadius se multos, non omnes technici canones distraxisse profiteatur, quin haud paucae earum quas Lentzius appellat canonum particularum integri sint canones Herodianei nullus dubito.

Ex iis quae hucusque disputaui, quales non fuerint technici canones apparet. Iam quales fuerint ita inuestigemus, ut ab Ioanne Alexandrino proficiscamur. Cuius *Τονικὰ Παραγγέλματα* (ed. G. Dindorf 1825), si quis epitomam Prosodiae Catholicae appellauerit non recuso, quamquam hoc nomen in rem non plane quadrat. Prior enim eaque breuior libelli pars, qua quando acutus quando circumflexus accentus locum habeat docet, ad Herodiani Prosodiam Catholicam non pertinet. In altera autem parte componenda Catholicam secutus est. Neque tamen ex eius epitoma librorum I—XIV et XVI utpote breuissima ad nostram quaestionem quicquam colligere licet. Idem ualet de iis quae ex libris XVII et XVIII Ioannes petiit propter rerum, quae iis libris tractantur, simplicitatem. Multo uberior est ea, quam ex libro XV accentum in casibus obliquis amplexo et ex libro XIX, quo aduerbia et coniunctiones absoluuntur, confecit epitoma. Sed cum eum librum qui in Arcadii epitoma nunc legitur 'liber XV' non ab ipso epitomatore profectum esse demonstrauerim, neque Herodianum in hoc libro componendo eandem atque in XIV prioribus libris rationem sequi potuisse e rei natura appareat, ad unum

librum XIX relegamur. Quem librum propter rerum uarietatem et utilitatem fusius sese excerpsisse Ioannes tradit (cf. Io. Al. 28, 21). Sed etiam hac optima opportunitate necessitudinis, quae inter Arcadii et Herodiani scribendi rationem intercedit, cognoscendae ex parte destituimur. Constat enim initium tantum prioris sectionis illius libri ad Arcadium referendum esse (u. Herm. XVII p. 31); ex altera parte, de cuius origine dubitari potest, non multum lucramur. Sed utut est, illa libri XIX epitoma ab Ioanne Alexandrino confecta, qui teste Lentzio (u. Praef. p. CXXXV) accuratius et religiosius quam reliqui epitomatores Herodiani uestigia pressit et in excerpendo quasi technici personam induit, tamquam optimo fundamento ad genuinam Herodiani formam recuperandam uti possumus. Quod ut demonstrem, his utar exemplis:

Ioannes Alex.	Arcadius.
30, 31 *Πᾶν μονοσύλλαβον ἐπίρρημα, εἰ μὲν ἔχει φύσει βραχεῖαν, δῆλον ὡς ὀξύνεται· πάξ,* - - -	206, 9 *Πᾶν δὲ μονοσύλλαβον ἐπίρρημα ὀξύνεται· ἄψ* - - - *τούτοις ὁμοίως ὀξύνεται καὶ τὰ ἐπιτατικὰ καὶ στερητικὰ μόρια· ζά, δά,* - -
Τῶν δὲ μακρὰν ἐχόντων φύσει τὰ μὲν περισπᾶται, τὰ δὲ ὀξύνεται. τὰ πυσματικὰ περισπᾶται - - -. *τὰ ἔχοντα δίχρονον ἐκτεταμένον περισπᾶται* - -	206, 16 *Τὰ ἔχοντα φύσει μακρὰν μονοσύλλαβα ὄντα πῇ μὲν περισπᾶται, πῇ δὲ ὀξύνεται. τὰ μὲν οὖν πυσματικὰ περισπῶνται* - - - *περισπᾶται δὲ ὅσα ἔχει δίχρονον ἐκτεταμένον* - - -
Τὰ μέντοι τὸ η̄ ἔχοντα μονοσύλλαβα, μὴ προσκειμένου τοῦ ῑ, ὀξύνεται - - - -	207, 3 *Τὰ μέντοι μονοσύλλαβα ἔχοντα τὸ η̄, μὴ προσκειμένου τοῦ ῑ, ὀξύνεται* - - -
Τὰ ἔχοντα τὸ ω̄ ὀξύνεται καὶ περισπᾶται - - - *Τὰ ἔχοντα τὴν οι δίφθογγον ἢ*	207, 6 *Τὰ μέντοι ἔχοντα τὸ ω̄ ὀξύνεται καὶ περισπᾶται* - - (*Λείπει*). Quae

τὴν ει περισπῶνται --- καὶ πάντα ὅσα εἰς τὴν διὰ τοῦ υ δίφθογγον περισπᾶται ---
Τὰ τὴν αι δίφθογγον ἔχοντα ὀξύνεται -- ταῦτά ἐστι μονοσύλλαβα.

deinceps sequuntur non sunt Arcadii.

Ex polysyllabis aduerbiis hos Ioannis canones proferam:

34, 29 Τὰ εἰς θεν πάντα δισύλλαβα μὲν ὄντα πρὸ μιᾶς ἔχει τὸν τόνον, οἷον νέρθεν --- τὰ δὲ ὑπὲρ δύο συλλαβάς, εἰ ἔχοι πρὸ τοῦ θ σύμφωνον, τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν· ὕπερθεν, --- καὶ τὰ τῷ η παραληγόμενα προπαροξύνεσθαι θέλει, πλὴν τῶν ἐχόντων ἐγκειμένην πρόθεσιν ἢ παρ' ὄνομα ἐπιμεριζόμενον παρηγμένων· ταῦτα γὰρ προπαροξύνεται --- τὰ δὲ λοιπὰ πάντα παροξύνεται ---- τὰ μέντοι τῷ ᾱ μακρῷ παραληγόμενα ἢ τῷ η ἢ τῷ ω, εἰ μὲν πρωτότυπον αὐτῶν βαρύτονον ᾖ, τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν· εἰ δὲ ὀξύτονον, προπερισπᾶται· τῶν μὲν προπαροξυνομένων ὑποδείγματα ---- τῶν δὲ προπερισπωμένων ὑποδείγματα ταῦτα ----.

38, 18 Τὰ εἰς ις λήγοντα δισύλλαβα βαρύνεται -- τὰ δὲ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς εἰς ις λήγοντα ὑπεσταλμένων τῶν διὰ τοῦ αδις καὶ ακις (u. Lentz. I 511, 22 adnot.) ὀξύνεται --- τὰ διὰ τοῦ ακις παροξύνεται -- καὶ τὰ εἰς ις τρισύλλαβα τῷ ᾱ παραληγόμενα παροξύνεται -- τὰ δὲ ὑπερτρισύλλαβα, ἢ ὅσα μακρᾷ φύσει ἢ θέσει παραλήγεται, πάντα ὀξύνεται ----.

Denique utriusque epitomatoris sectionem *περὶ συνδέσμων* inter se comparo:

Ioannes.	Arcadius.
39, 30 Πᾶς σύνδεσμος μονοσύλλαβος μὴ ἔχων φύσει μακρὰν ὀξύνεται ---	209, 19 Πᾶς σύνδεσμος μονοσύλλαβος βραχυκατάληκτος ὀξύνεται --
Οἱ δὲ εἰς ᾱ λήγοντες ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὄντες πάντες	209, 21 Οἱ εἰς ᾱ σύνδεσμοι ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν

βαρύνονται --- ὅθεν σημειούμεθα τὸ ἀλλά ὀξυνόμενον· καθόλου γὰρ οἱ συμπλεκτικοὶ ὀξύνονται, --- Πᾶς σύνδεσμος εἰς ς̄ λήγων μακροκατάληκτος βαρύνεται --- Καὶ οἱ παραπληρωματικοὶ πάντες ὀξύνονται ---.

Πᾶς αἰτιολογικὸς σύνδεσμος ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν βαρύνεται --

Πᾶς σύνδεσμος δίφθογγον ἔχων τὴν διὰ τοῦ ῑ ὀξύνεται ---

Ὁ η ὀξύνεται ἢ περισπᾶται· διαζευκτικὸς μὲν οὖν ὑπάρχων ἢ παραδιαζευκτικὸς ἢ διασαφητικὸς ὀξύνεται πάντως κτλ.

βαρύνονται ---- πλὴν τοῦ ἀλλά.

210, 1 *Οἱ συμπλεκτικοὶ σύνδεσμοι ὀξύνονται --*

210, 5 *Οἱ εἰς ς̄ λήγοντες ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν βαρύνονται --*

210, 7 *Πᾶς σύνδεσμος παραπληρωματικὸς ὀξύνεται, χωρὶς εἰ μὴ δίφθογγον τὴν διὰ τοῦ ῡ ἔχοι --*

210, 10 *Οἱ αἰτιολογικοὶ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὄντες βαρύνονται --*

210, 11 *Οἱ μονοσύλλαβοι σύνδεσμοι ἔχοντες δίφθογγον τὴν διὰ τοῦ ῑ ὀξύνονται.*

210, 15 *Ὁ η σύνδεσμος καὶ ὀξύνεται καὶ περισπᾶται· καὶ ἡνίκα μὲν εὑρεθῇ διαπόρησις μετὰ διαζεύξεως, τότε κτλ.*

His exemplis quid doceamur primo obtutu apparet. Apud Ioannem enim canones ut ita dicam generales leguntur, uelut quidquid de aduerbiis monosyllabis uel de iis quae in θεν et ις exeunt, exponenda erant, singulis canonibus comprehendit. Contra Arcadio placuerunt canones speciales, i. e. generales canones ita dissecuit, ut ex singulis eorum partibus peculiares efficeret regulas. Neque enim illam esse normam, quam unus Ioannes in Herodiano excerpendo sibi proposuit, sed ipsum Herodianum prorsus eandem rationem secutum esse cum per se ueri simillimum est, tum his paucis exemplis comprobatur:

De hyperdisyllabis in ηλος Arcadius hos duos praebet canones: 62, 12 *Τὰ διὰ τοῦ ηλος ὑπερδισύλλαβα μὴ ἔχοντα ἴδια θηλυκὰ προπαροξύνεται· εὔκηλος, τράχηλος, κάπηλος· τὸ δὲ σιγηλός (ῥιγηλός BC) ἔχει θηλυκόν.*

62, 15 *Τὰ διὰ τοῦ ηλος ὑπερδισύλλαβα ἁπλᾶ ἔχοντα θηλυκὰ ὀξύνεται· σιγηλός, μιμηλός, ἀπατηλός, ὑψηλός, ὑδρηλός.*

Herodianus autem in Il. Pros. Σ 580 hunc proponit canonem: *ἐρύγμηλον: ὡς βέβηλον. τὰ γὰρ διὰ τοῦ ηλος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προσηγορικὰ ἢ κύρια προπαροξύνεσθαι θέλει· κάμηλος καὶ φάσηλος, Στρύμφηλος· τὰ μέντοι ἐπιθετικὰ ὀξύνεσθαι μὲν θέλει, ὅτι παρασχηματισμὸν ἔχει θηλυκοῦ· σιγηλός, ὑψηλός, ἀπατηλός· μὴ οὕτως δὲ ἔχοντα βαρύνεσθαι· βέβηλος, κίβδηλος, κάπηλος· εἰ δὲ καὶ τὸ ἐρύγμηλος κτλ.*

Praeterea in libro *περὶ διχρόνων*, quem ex Catholicae libro XX excerptum esse infra ostendere conabor, plus semel simili ratione complures canones particula *δέ* uel *μέντοι* artissime inter se coniuncti sunt uelut 283, 24; 285, 5; 285, 19 (u. Lentz. II, 9, 18); 287, 3; 294, 7 (u. Lentz. l. l. p. 15, 11); 298, 23.

Reputatis iis, quae de reliquorum grammaticorum et lexicographorum in canonibus Herodianeis excerpendis ratione supra exposui, non est cur miremur, quod illi quoque aeque atque Arcadius et Theognostus particulas quibus technicus singulas canonis generalis partes inter se conexuerat, omiserunt. Neque tamen ubique id factum esse hoc unum exemplum doceat:

E. M. 332, 22 *ἐλπίς: Ἰστέον ὅτι τὰ εἰς ις θηλυκὰ δισύλλαβα, εἰ μὲν βαρύνεται, ἐν τῇ συνθέσει ἀναβιβάζει τὸν τόνον, οἷον πόλις ἀκρόπολις, μῆτις πολύμητις. Εἰ δὲ ὀξύνεται, εἰ μὲν θηλυκὰ μονογενῆ ὦσι, φυλάσσουσι τὸν τόνον, οἷον νυχίς παννυχίς, αἰγίς καταιγίς. εἰ δὲ ἐναλλάσσει τὸ γένος, εἰ μὲν ἐκτείνουσι τὸ ῑ, πρὸ μιᾶς ἔχει τὸν τόνον, οἷον ἀκτίς*

Arc. 30, 11 *Τὰ εἰς ις βαρύτονα καὶ ἐν τῇ συνθέσει βαρύνονται· μῆτις πολύμητις, ἶδρις ἄιδρις, πόλις φιλόπολις, χάρις εὔχαρις.*

Arc. 30, 14 *Τὰ εἰς ις ὀξύτονα πῆ μὲν ἐν τῇ συνθέσει φυλάττουσι τὸν τόνον, πῆ δὲ βαρύνονται. καὶ φυλάττουσι μὲν τὰ φυλάττοντα τὸ θηλυκὸν γένος· σκελίς περισκελίς, νυχίς παννυχίς. τὰ δὲ*

χρυσάκτις ἥλιος, κνημίς εὔκνημις, ἐξ οὗ ἐνκνήμιδες. Εἰ δὲ συστέλλει τὸ ῑ, προπαροξύνεται, οἷον πατρίς εὔπατρις, ἀσπίς ῥίψασπις. κοινωνοῦντα ἀρσενικῷ γένει μετατιθέασιν· ἐλπίς εὔελπις, ἀσπίς λεύκασπις.

His omnibus perpensis quin omnino Herodianus omnes canones de singulari exitu uinculo quodam inter se coniunxerit, minime dubium est. Sed longius progrediendum est. Arcadius enim si intra id officium se continuisset, ut particulas quibus apud Herodianum complures deinceps insequentes canones inter se cohaerebant omitteret, cur sese *τὸ πολύϋλον τῶν ὁρισμῶν ἐν πολλοῖς κανόσιν ἀθρόως κείμενον* dispescuisse gloriaretur, sane non habuisset. Reputandum autem est *ὁρισμοὺς* quos Arcadius putat, esse *γένος εἶδος σχῆμα κατάληξιν παράληξιν ἀρχὴν χρόνον στοιχεῖον καὶ ὅσα ἄλλα*, quos quidem *ὁρισμοὺς* consentaneum est minus de participiis articulis pronominibus aduerbiis coniunctionibus quam de nominibus et uerbis ualere, quae potissimum Arcadium spectauisse e rei natura elucet. Hoc igitur nobis agendum est, ut epitomatorem, sicut supra p. 29 indicaui, ex multis singulis Herodiani canonibus complures effecisse demonstremus. Sed quoniam longum est omnes omnium librorum canones perlustrare, unum eumque ad nostram quaestionem accommodatissimum librum VI, quo libro de nominibus in *βος — λος* agitur, eligam eiusque exemplo, quam rationem et uiam in excerpendo secutus sit Arcadius, illustrabo.

Atque de nominibus in *βος* apud Arcadium hi quattuor canones leguntur:

1. *Τὰ εἰς βος δισύλλαβα κύρια ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται.*
2. *Τὰ εἰς βος δισύλλαβα ἐπιθετικὰ ὀξύνεται.*
3. *Τὰ εἰς βος κύρια ἢ προσηγορικὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύνεται.*
4. *Τὰ εἰς βος ἐπιθετικὰ ὑπὲρ δύο συλλαβάς, εἰ μὴ τῷ η παραλήγοι ἢ σύνθετα εἴη ἀπὸ τῶν εἰς βος ληγόντων, ὀξύνεται.*

Hi canones opportunitatem faciunt eos ὁρισμούς tangendi, quorum in omnibus fere de nominibus in ος regulis ratio habetur. Quibus in nominibus saepissime accentus diuersitas efficitur, prout κύρια aut προσηγορικά, quod utrumque etiam una uoce μονογενῆ comprehenditur, aut ἐπιθετικά siue τριγενῆ sunt. Quodsi Arcadii praecepta in quibus illi ὁρισμοί respiciuntur perlustrabis, id offendet, quod haud raro quidem in duabus subsequentibus regulis tractantur, id quod in canonibus de nominibus in βος modo prolatis factum est. Saepius autem in uno eodemque canone absoluuntur. Quod ubi fecit Arcadius, duplicem uiam ingressus est: aut tres illos ὁρισμούς uno tenore profert, exempla subsequi iubet, e. g. 55, 16 *Τὰ εἰς θος ὑπερδισύλλαβα ἔχοντα κατὰ τὴν παραλήγουσαν δύο σύμφωνα μὴ ὄντα ἐπιθετικὰ προπαροξύνεται--* 82, 8 *Τὰ εἰς ρος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς παραληγόμενα τῷ ῑ κύρια ἢ προσηγορικά, μὴ περιεκτικά, ἢ ἐπιθετικὰ ἔχοντα κατ' ἰδίαν θηλυκὰ προπαροξύνεται--*; aut primum μονογενῆ respicit statimque exempla addit, tum τριγενῆ particula δέ uel μέντοι una cum exemplis cum priore canonis parte conectit, uelut 72, 8 *Τὰ εἰς νος κύρια ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται· Τῆνος, Φῆνος ὁ τόπος, Ῥῆνος. τὰ δὲ ἐπίθετα ὀξύνεται· φηνός ὁ λαμπρός, πτηνός.*

Atqui ex iis quae ex Ioanne Alexandrino aliisque supra excerpsi exemplis, quin apud Herodianum eiusmodi canones, quales sunt duo de disyllabis itemque de hyperdisyllabis in βος, arto uinculo inter se cohaeserint dubitari nequit. Felicissimo autem casu factum est, ut ab alio excerptore uera Herodianei de disyllabis in βος canonis forma seruaretur. Exstat enim in Cram. An. Ox. II 397, 6 hoc praeceptum: *Τὰ εἰς βος λήγοντα δισύλλαβα κύρια ἢ προσηγορικὰ μὴ ἐπίθετα βαρύνεται κτλ.* Quod praeceptum si cum canone de hyperdisyllabis in θος modo prolato contuleris, non ab ipso excerptore ex duobus Herodianeis in unum contractum esse concedes.

Iam ad nomina in γος accedamus, de quibus Arcadius haec septem praecepta dedit:

1. Τὰ εἰς γος δισύλλαβα ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον λήγουσαν προσηγορικὰ ὄντα ἢ κύρια βαρύνεται.
2. Τὰ εἰς γος ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον λήγουσαν ἐπιθετικὰ ὄντα, εἰ μὴ ἔννοιά τις ὑπάρχοι συνθέσεως, ὀξύνεται.
3. Τὰ εἰς ογος διβράχεα βαρύνεται.
4. Τὰ διὰ τοῦ αγος διβράχεα ἐπιθετικὰ καὶ μὴ ἐθνικὰ ὀξύνεται.
5. Τὰ εἰς γος δισύλλαβα φύσει μακρᾷ παραληγόμενα ὀξύνεται, εἰ μὴ κύρια εἴη.
6. Τὰ εἰς γος ὑπερδισύλλαβα βραχείᾳ παραληγόμενα προπαροξύνεται.
7. Τὰ εἰς γος τρισύλλαβα ἀρσενικὰ φύσει ἢ θέσει μακρᾷ παραληγόμενα μὴ διπλασιαζομένου τοῦ γ ὀξύνεται, χωρὶς εἰ μὴ κύρια εἴη καὶ ἔννοιαν συνθέσεως ἔχοι.

Ac primum quidem Herodianum μονογενῆ et τριγενῆ eiusdem terminationis uno canone absoluere solere supra exposuimus. Praeterea illud προσηγορικὰ ὄντα ἢ κύρια, quod in 1. legitur, postulat ut sic fere pergatur: ἐπιθετικὰ δὲ ὄντα uel similiter, sicut 67, 9 factum est, ubi legimus: Τὰ εἰς μος δισύλλαβα τῷ η παραληγόμενα κύρια ὄντα βαρύνεται -- τὰ δὲ προσηγορικὰ ὀξύνεται, εἰ μὴ κτλ., uel 71, 7 Τὰ εἰς μνος δισύλλαβα ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους μὴ φύσει μακρὰν μονογενῆ μὲν ὄντα βαρύνεται -- τριγενῆ δὲ ὀξύνεται --. Denique ab Herodiani consuetudine abhorrere ex duobus sese excipientibus canonibus tales conformari quales duo illi priores Arcadii canones conformati sunt, ex Ioanne perspicitur. Inde suspicari licet 1. et 2. apud Herodianum unum canonem effecisse sic fere conceptum: Τὰ εἰς γος λήγοντα δισύλλαβα ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον λήγουσαν προσηγορικὰ μὲν ὄντα ἢ κύρια βαρύνεται -- τὰ δὲ ἐπιθετικά, εἰ μὴ ἔννοιά τις κτλ. At ne in hoc quidem acquiescendum est. Nam in Epim. in Psalm. 76, 29 hic profertur canon: Τὰ εἰς γος δισύλλαβα, εἰ ἔχει πρὸ τέλους

δίχρονον συνεσταλμένον κύρια ἢ προσηγορικὰ ὄντα βαρύνεται, οἷον κράγος, πάγος, τράγος, χωρὶς εἰ μὴ μεταπλάττοιτο εἰς γένος οὐδέτερον, ὡς ἔχει αὐτὸ τὸ ζυγός εὑρημένον παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ οὐδέτερον. Quem canonem non esse integrum dilucide apparet. Nam primum propter uerba quae sunt *εἰ ἔχει πρὸ τέλους δίχρονον συνεσταλμένον* requirimus *εἰ δὲ ἐκτεταμένον τὸ δίχρονον ἔχει.* Praeterea cum in ipsis nominibus uocali correpta praefinitis *κύρια ἢ προσηγορικά* commemorentur, iis *ἐπιθετικά* opponi exspectes. Nomina autem in $\overline{γος}$ disyllaba uocali producta praefinita apud Arcadium in 1. et 2., quos canones ex uno Herodianeo canone confectos esse modo exposui, tractata sunt. Atqui illa epimeristae uerba *εἰ ἔχει πρὸ τέλους δίχρονον συνεσταλμένον κύρια ἢ προσηγορικὰ ὄντα* externa specie cum Arcadii uerbis *ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον λήγουσαν προσηγορικὰ ὄντα ἢ κύρια* egregie consentiunt. Praeterea cum quantum sciam adiectiua disyllaba in $\overline{ογος}$ nulla exstent, nihil obstat quin ea ad disyllaba correpta praefinita referamus. Adiectiua autem in $\overline{αγος}$, quippe quae haud aliter atque adiectiua in $\overline{γος}$ consona praecedente oxytonos proferantur, optime cum iis consociari possunt. Accedit quod de appellatiuis et propriis in $\overline{αγος}$ idem atque de isdem nominum generibus in $\overline{γος}$ praecedente consona ualet. Denique Herodianum nullo pacto scribere potuisse *τὰ εἰς* $\overline{ογος}$ *δισβράχεα* nemo non uidet. Itaque cum ex eo quem protuli epimeristae canone efficiatur in eo quem excerpsit canone et nomina uocali correpta et producta praefinita coniuncta fuisse, cum praeterea Herodianum *μονογενῆ* et *τριγενῆ* uno canone absoluere solere supra docuerimus, quattuor priores Arcadii de nominibus in $\overline{γος}$ canones apud Herodianum hunc fere in modum in unum contractos fuisse puto: *Τὰ εἰς* $\overline{γος}$ *λήγοντα δισύλλαβα, ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς δίχρονον συνεσταλμένον ἢ εἰς σύμφωνον λήγουσαν, προσηγορικὰ μὲν ὄντα ἢ κύρια βαρύνεται, χωρὶς εἰ μὴ μεταπλάττοιτο εἰς γένος οὐδέτερον, ὡς ἔχει τὸ ζυγός εὑρημένον*

παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ οὐδέτερον· τὰ δὲ ἐπιθετικὰ μὴ ἐθνικά, εἰ μὴ ἔννοιά τις ὑπάρχοι συνθέσεως, ὀξύνεται ---. Cui canoni optime is qui apud Arcadium sequitur de nominibus in *γ̄ος* natura longa praefinita sic adaptari potest: *Τὰ μέντοι φύσει μακρᾷ παραληγόμενα ὀξύνεται, εἰ μὴ κύρια εἴη κτλ.*

Ad canones de hyperdisyllabis in *γ̄ος* quod attinet, quin apud Herodianum aliqua ratione conexi fuerint nulli iam erunt qui dubitent. Immo inde quod etiam ea, quae in 6. proferuntur exempla masculina sunt, conicere licet technicum hunc fere canonem constituisse: *Τὰ εἰς γ̄ος ὑπερδισύλλαβα ἀρσενικά, εἰ μὲν βραχείᾳ παραλήγοιτο, προπαροξύνεται --- τὰ δὲ φύσει ἢ θέσει μακρᾷ παραληγόμενα μὴ διπλασιαζομένου κτλ.*

Sequuntur apud Arcadium octo canones de nominibus in *δ̄ος*:

1. *Τὰ εἰς δ̄ος διβράχεα ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ βαρύνονται· εἰ δέ τι ὀξυνθῇ, τοῦτο θηλυκὸν προσηγορικὸν εὑρέθη τῷ ō παραλῆγον· κλάδος, ἄδος, κάδος. τὸ μέντοι ὁδός καὶ σποδός ὀξύνεται ὡς θηλυκά.*
2. [*Ἔτι τὰ εἰς δ̄ος δισύλλαβα ὀξύνεται· ὁδός, σποδός, οὐδός· τὸ δὲ φροῦδος ἀπὸ τοῦ πρόοδος σύνθετον, καὶ τὸ Μῆδος ἐθνικόν. σεσημείωται τὸ σκοῖδος παρὰ Μακεδόσιν ὁ οἰκονόμος καὶ τὸ χλῆδος προπερισπώμενα.*]
3. *Τὰ εἰς δ̄ος ἀρσενικὰ φύσει μακρᾷ παραληγόμενα βαρύνεται· Μῆδος, νῖδος* (?), *ζεῦδος* (?). *τὸ μέντοι χανδός θηλυκὸν ὥσπερ καὶ τὸ μαυδός.*
4. *Τὰ εἰς δ̄ος δισύλλαβα ἔχοντα πρὸ τοῦ δ̄ σύμφωνον βαρύνεται· ὄγδος, ῥάβδος, ἄσδος στήλη λιθίνη.*
5. *Τὰ εἰς δ̄ος δισύλλαβα ἔχοντα πρὸ τοῦ δ̄ σύμφωνον κατὰ διάστασιν βαρύνεται, εἰ μὴ ἐπιθετικὰ εἴη· Λίνδος, Σίνδος, Πίνδος, νάρδος, μάρδος αὐλοῦ εἶδος. σεσημείωται τὸ Ἰνδός ποταμός καὶ τὸ ἐθνικόν. τὸ δὲ κονδός ἐπίθετον καὶ ὁ μυνδός ὁ ἄφωνος.*
6. *Τὰ εἰς δ̄ος ὑπερδισύλλαβα βραχείᾳ παραληγόμενα προπαροξύνεται – –.*

7. *Τὰ εἰς δος ὑπερδισύλλαβα ἔχοντα κατ' ἐπιπλοκὴν σύμφωνον κύρια ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται· μόλυβδος, σμάραγδος. τὸ δὲ ὀρυμαγδός ὀξύνεται.*

8. *Τὰ εἰς δος ὑπερδισύλλαβα φύσει μακρᾷ παραληγόμενα κύρια προπαροξύνεται· Ἄβυδος, Ἔνουδος, Ἴσσηδος. τὸ μέντοι ἀοιδός ἐπίθετον. τὸ δὲ κίναιδος προπαροξύνεται τῷ λόγῳ τῆς συνθέσεως.*

Primum exponam, quibusnam rationibus ductus alterum Arcadii de disyllabis in *δος* canonem, cui frustra mederi conati sunt M. Schmidtius (u. Arc. 53, 1 adnot.) et Lentzius (cf. Herod. I 143, 3 adn.), ut spurium eiciendum esse censuerim. Atque Schmidtius post *δισύλλαβα* haec fere intercidisse opinatus est: *ἐν τῇ πρὸ τέλους ἔχοντα ō ἢ η̄, εἰ μὴ σύνθετα ὑπάρχοι ἢ ἐθνικά.* Quam Schmidtii coniecturam Lentzius probauit et ipse post *ō* uerba *ἢ ου ἢ οι διφθόγγῳ* propter exempla allata suppleuit. Sane si Arcadii esset ille canon, recte fecissent illi uiri docti, quod ex exemplis et exceptionibus ipsa canonis uerba restituerunt. Neque tamen opus est hac emendatione. Legitur enim *ὁδός σποδός* in praecedenti, *Μῆδος* in insequenti canone; neque quin *σκοῖδος* et *χλῆδος* nihil aliud sint nisi desperata illa *νῖδος* et *ζεῖδος* equidem minime dubito. Restant igitur *οὐδός* et *φροῦδος* quae suo loco iam collocari possunt. Sed quid plura? Num potuit Arcadius, postquam singularem canonem de disyllabis in *δος* breui itemque de disyllabis producta syllaba praefinitis proposuit, inter utrumque eiusmodi canonem collocare, qui nihil fere noui praeberet et ordinem disturbaret? Nonne *ἔτι* particula ueri simillimum fit illam regulam a docto aliquo librario adsutam esse? Itaque in canone prolato non est cur offendamus, qui quamuis inepte compositus sit, tamen falsi nihil continet.

Neque tamen neglegendum est luculentum quod hoc loco conspicitur ad Arcadii in excerpendo rationem cognoscendam subsidium. Insiticio enim illo canone seruatum est frustulum amplioris regulae Herodianeae, quam

Arcadius in duas partes distraxit (1. et 3.). Faciamus, si placet, Herodianum hunc fere canonem constituisse: *Τὰ εἰς δος λήγοντα δισύλλαβα ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ βραχείᾳ ἢ φύσει μακρᾷ παραληγόμενα βαρύνεται. εἰ δέ τι ὀξυνθῇ, τοῦτο θηλυκὸν προσηγορικὸν εὑρέθη τῷ ο̅ ἢ διὰ τοῦ υ̅ διφθόγγῳ παραλῆγον· κλάδος, ἄδος, κάδος, Μῆδος, νῦδος (?), ζεῦδος (?). τὰ μέντοι ὁδός, σποδός, οὐδός, χανδός, ὥσπερ καὶ τὸ μανδός ὀξύνεται ὡς θηλυκά. τὸ δὲ φροῦδος ἀπὸ τοῦ πρόοδος σύνθετον βαρύνεται*, quomodo duo illi Arcadii canones (1. et 3.) et unus interpolatoris orti sint intellegemus. Arcadius enim cum perspicuitatis causa Herodianeum canonem ita dissecare constituisset, ut priore canone disyllaba breui, altero natura longa praefinita absolueret, primum pro technici uerbis *δισύλλαβα* - *βραχείᾳ* - *παραληγόμενα* substituit *διβράχεα*, tum, ut par erat, ex ipsis canonis uerbis ea quae ad disyllaba longa praefinita pertinebant omisit et in altero canone collocauit. Quo factum est, ut *ὁδός σποδός* in 1., *χανδός μανδός* in 3. transferrentur. Quas uoces apud Herodianum coniunctas fuisse ex interpolatoris canone efficitur. Nam inde quod apud eum *ὁδός σποδός οὐδός* coniuncta occurrunt, Herodianum non solum feminina in *οδος* excepisse apparet. Similiter de *Μῆδος σκοῖδος χλῆδος* iudicandum est, quae quidem exempla ab interpolatore uel ab eo quo usus est excerptore tamquam exceptiones proferuntur, contra apud Arcadium canonis ab ipso ficti firmamenta sunt. Ac ne forte putes interpolatoris canonem non ex ipsa Catholica sed ex alio Herodiani libro fluxisse, in quo technicus de disyllaborum in *δος* accentu aliter atque in illa praeceperit, statim canonis de nominibus in *ζος* uarias quae mihi praesto sunt formas proferam. Qui canon apud Arcadium sic conceptus est: *Τὰ εἰς ζος πάντα βαρύνεται· ὄζος, ῥοῖζος, ταῦζος, τρῶζος. τὰ δὲ τριγενῆ καὶ τὰ ἀπὸ ἐπιρρημάτων ὀξύνεται· πεζός, χθιζός, πρωϊζός.* Alteram huius canonis partem praebet E. M. 809, 21: *Τὰ εἰς ζος ἀπὸ ἐπιρρημάτων γινόμενα καὶ τριγενῆ ὄντα βαρύνεται.* In Epim. Cram. I 443, 15 autem

canonis partes inuertuntur, sicut ab illo interpolatore factum est, et canon de nominibus in ζος l. c. sic procedit: *Τὰ εἰς ζος λήγοντα τριγενῆ πάντα ὀξύνεται· πεζός, χθιζός, πρωϊζός. τὰ δὲ μονογενῆ βαρύνεται· ὄζος, ῥοῖζος.*

Itaque meo iure contendere mihi uideor et 2. spurium esse et 1. et 3. apud Herodianum eo quem exposui modo contractos fuisse. Idque clarius apparebit, ubi eiusmodi canones ab ipsius Arcadii consuetudine minime abhorrere his paucis exemplis illustrauero:

7, 15 *Τὰ εἰς ην ἔχοντά τι τῶν μέσων πρὸ τοῦ η ὀξύνεται, ὁπότε διχρόνῳ παραλήγοιτο ἢ φύσει μακρᾷ κτλ.*

24, 13 *Τὰ εἰς βης δισύλλαβα παραληγόμενα φωνήεντι βαρύνεται.*

116, 1 *Τὰ εἰς ρα ἁπλᾶ μονογενῆ τρισύλλαβα παραληγόμενα τῷ ω ἀπὸ φύσει μακρᾶς ἢ βραχείας ἀρχόμενα κτλ.*

132, 22 *Τὰ εἰς φη παραληγόμενα φύσει μακρᾷ ἢ ἑνὶ φωνήεντι βαρύνεται.*

Iam de 4. et 5. quid statuendum sit uideamus. Inde quod in 5. *σύμφωνον κατὰ διάστασιν* commemoratur, Lentzius in praecedenti canone post *σύμφωνον* uerba *κατ᾽ ἐπιπλοκήν* addenda esse collegit (u. Herod. I 142, 14 adnot.). Possunt quidem illa uerba a librario aliquo omissa esse; neque tamen necessaria sunt. Illos enim duos canones ex uno Herodianeo esse conformatos docet hoc quod in E. M. 701, 43 legitur praeceptum: *Τὰ εἰς δος δισύλλαβα εἴτε θηλυκὰ εἴτε κύρια εἴτε προσηγορικὰ μετ᾽ ἐπιπλοκῆς συμφώνου βαρύνεται· Ῥύβδος* (sic pro tradita lectione *φροῦδος* emendandum esse Lentzius l. l. coniecit) *φρούριον, νάρδος, Σάρδος, ῥάβδος προσηγορικόν.* Quo praecepto Arcadii canones 4. et 5. comprehensos esse nemo non uidet. Vtrum uero uerba *μετ᾽ ἐπιπλοκῆς συμφώνου* an *ἔχοντα σύμφωνον κατ᾽ ἐπιπλοκὴν ἢ κατὰ διάστασιν* ab Herodiano scripta sint, in medio relinquo neque ad nostram quaestionem quicquam refert. Quinti illius Arcadii canonis simillimus est is, quem Stephanus Byzantius p. 157, 5 profert: *Τὰ εἰς δος δισύλλαβα ἔχοντα πρὸ τοῦ δ ἄφωνον βαρύνεται, εἰ μὴ*

ἐπιθετικὰ εἴη· Ἰνδός ὅμοιον τῷ ποταμῷ, τὸ λορδός, μινδός ὁ ἄφωνος ὀξύνεται κτλ. Quem Arcadii et Stephani consensum nulla alia ratione explicandum esse nisi quod hic aeque atque Arcadius uerba *εἴτε θηλυκὰ εἴτε κύρια εἴτε προσηγορικά* omisit, uix est quod addam.

Restant tres canones de hyperdisyllabis (6. 7. 8.):

Atque ex Cram. Epim. I 56 Lentzius hanc profert regulam, quam procul dubio ab Herodiano petitam esse uult: *Τὰ εἰς δ̄ο̄ς καθαρὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἁπλᾶ ἐπιθετικὰ ὄντα ὀξύνεται· ὀπηδός, ἀοιδός· μὴ ὄντα δὲ (ἁπλᾶ) ἐπιθετικὰ βαρύνεται· κίναιδος, Ὄροιδος [ποταμός] βασιλεύς, οὗ μέμνηται Θουκυδίδης.* Cui regulae statim hunc unum canonem, quem de nominibus in *δ̄ο̄ς* Theognostus p. 58, 27 praebet, opponam: *Τὰ διὰ τοῦ ε̄δ̄ο̄ς κύρια ἐπὶ πόλεων τιθέμενα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύτονα ἁπλᾶ διὰ τοῦ ε̄ γράφονται, οἷον Τένεδος, Λέβεδος, Κάπεδος.* Inde quid concludendum sit, facile est ad perspiciendum. Hyperdisyllaba enim in *δ̄ο̄ς* utrum breui an longa praefiniantur, nihil refert: id autem agitur, utrum *μονογενῆ* an *τριγενῆ*, *ἁπλᾶ* an *σύνθετα* sint. Praeterea definitionem *ἁπλᾶ* non modo ad hyperdisyllaba longa praefinita, sed etiam ad nomina in *ε̄δ̄ο̄ς* pertinere ex Theognosto perspicitur. Itaque Herodianum de hyperdisyllabis in *δ̄ο̄ς* haec fere docuisse arbitror: *Τὰ εἰς δ̄ο̄ς λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἁπλᾶ κύρια ὄντα ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται, ἐπιθετικὰ δὲ ὄντα ὀξύνεται· ὅμαδος κτλ.* Quod si concesseris, diuisionem in *βραχείᾳ παραληγόμενα, ἔχοντα κατ' ἐπιπλοκὴν σύμφωνον, φύσει μακρᾷ παραληγόμενα*, quam Arcadius exhibet, ab ipso esse inuentam existimes necesse est. Qua quidem in re non esse offendendum et exemplis supra p. 41 allatis et iis quae statim proferam comprobatur.

Iam ad septem qui de nominibus in *θ̄ο̄ς* apud Arcadium leguntur canones examinandos accedo.

1. *Τὰ εἰς θ̄ο̄ς μονογενῆ δισύλλαβα φύσει μακρᾷ παραλήγοντα μὴ κοινὰ κατὰ γένος βαρύνεται - - - τὸ δὲ στρουθός κοινὸν τῷ γένει.*

2. *Τὰ εἰς θος δισύλλαβα μονογενῆ ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον καταλήγουσαν βαρύνεται - - - τὸ δὲ ξανθός καὶ τυτθός τριγενῆ.*
3. *Τὰ εἰς θος διβράχεα ὀξύνεται, εἰ μὴ τόπον δηλοῖεν.*
4. *Τὰ εἰς θος δισύλλαβα τριγενῆ παραληγόμενα φύσει μακρᾷ ἢ θέσει, μὴ προηγουμένου τοῦ σ ὀξύνεται· ἀφθός, τυτθός, ξανθός, αἰθός ὁ διάπυρος. τὸ δὲ λοῖσθος ἔχει τὸ σ. σεσημείωται τὸ Πάρθος καὶ τὸ ὄνθος.*
5. *Τὰ εἰς αθος μονογενῆ τρισύλλαβα ἀπὸ βραχείας ἀρχόμενα προπαροξύνεται.*
6. *Τὰ εἰς θος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς παραλήγοντα ῑ ἢ ῡ ἢ καὶ φύσει μακρᾷ προπαροξύνεται· εἰ δέ τι καὶ ὀξύνεται, ἐπιθετικόν ἐστι.*
7. *Τὰ εἰς θος ὑπερδισύλλαβα ἔχοντα κατὰ τὴν παραλήγουσαν δύο σύμφωνα μὴ ὄντα ἐπιθετικὰ προπαροξύνονται.*

Ex his 1.—4. disyllaba, 5.—7. hyperdisyllaba amplectuntur: ipsa autem disyllaba in duas partes ita secernuntur, ut in 1.—3. *μονογενῆ*, in 4. *τριγενῆ* absoluantur. Sane si unquam apud Herodianum *μονογενῆ* et *τριγενῆ* in uno canone coniuncta erant, dubitari nequit quin hoc loco coniungenda sint.

Nam neque ulla accentus diuersitas inde efficitur, utrum *μονογενῆ* natura longa an producta praefiniantur, et constat *ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον καταλήγουσαν* idem significare atque *θέσει μακρᾷ παραληγόμενα.* Itaque 1. et 2. ab epitomatore distractos esse colligitur, cum praesertim in 4. nomina *φύσει μακρᾷ ἢ θέσει* coniuncta sint, quae quidem propriis et appellatiuis opponuntur. Accedit aliud. Exceptiones enim, quarum in fine quarti illius canonis mentio fit: *σεσημείωται τὸ Πάρθος καὶ τὸ ὄνθος* minime ad ipsum canonem pertinent, cum neque *Πάρθος* neque *ὄνθος* sint *τριγενῆ*, sed ut M. Schmidtius uidit (cf. Arc. 55, 4 adnot.), *μονογενῆ κοινὰ τῷ γένει*, quae sub priorem Arcadii canonem cadunt. Denique in fine alterius canonis adiciuntur uerba *τὸ δὲ ξανθός καὶ τυτθός τριγενῆ*, quae ad

4. pertinent ibique denuo occurrunt. Neque semel id factum est, ut in fine singulorum canonum unum uel complura exempla tamquam exceptiones proponantur, quae sub canonem insequentem cadunt in eoque plerumque repetuntur. Cuiusmodi loci accuratius nobis examinandi sunt:

Atque ut a canonibus de nominibus in *ηλος* supra p. 38 a me propositis exordiamur, in fine prioris canonis Arcadius *τὸ δὲ σιγηλός ἔχει θηλυκόν* addit, quod quidem uocabulum in altero canone, ubi suum habet locum, denuo legitur. Apud Herodianum autem duos illos Arcadii canones unum effecisse, neque in fine prioris canonis partis uerba *τὸ δὲ σιγηλός ἔχει θηλυκόν* exstitisse intellegimus.

Simili ratione Arcadius in fine prioris de nominibus in *κος* canonis adicit *τὰ δὲ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται· γλαυκός, λευκός, γραικός*, de quibus postea peculiarem statuit regulam (u. infra p. 52).

Idem in canonibus de trisyllabis in *υλος* (u. infra p. 53) factum est, ubi et in 1. et in 2. uocabulum *αἴσυλος* tamquam exceptio profertur.

Arcadii autem canones de disyllabis in *κος* et de trisyllabis in *υλος* apud technicum singulos effecisse canones infra p. 53 demonstrabo. Quibus in Herodiani canonibus talia additamenta, qualia sunt ea quae modo protuli, nullo pacto exstare potuisse consentaneum est. Itaque a uero minime aberrasse mihi uideor, si omnes eiusmodi locos nihil aliud esse nisi ipsius epitomatoris adnotationes contendero, quas quidem adnotationes perspicuitatis causa in fine eorum canonum collocare soleat, quos ex singulis Herodianeis confecit dispescendo.

Itaque quattuor illos Arcadii de disyllabis in *θος* canones hunc fere in modum apud Herodianum inter se conexos fuisse arbitror: *Τὰ εἰς θος δισύλλαβα μονογενῆ φύσει ἢ θέσει μακρᾷ παραληγόμενα μὴ κοινὰ κατὰ γένος βαρύνεται· μῦθος, κῶθος, Ζῆθος, Ξοῦθος τὸ κύριον, πτόρθος, γόνθος ὁ κόγχος, γρόνθος τὸ ἐπὶ τῆς αὐλήσεως, σμίν-*

θος ὁ μῦς. πρόσκειται μὴ κοινὰ κατὰ γένος διὰ τὸ στρουθός· τὸ δὲ Πάρθος καὶ τὸ ὄνθος βαρύνεται. Καὶ τὰ διβράχεα παροξύνεται, εἰ μὴ τόπον δηλοῖεν - -. Τὰ μέντοι τριγενῆ παραληγόμενα φύσει μακρᾷ ἢ θέσει κτλ.

Neque inde quod Herodianus Mon. 42, 4 hoc praeceptum profert, quod Lentzius (u. Herod. I 144, 9) pro priore Arcadii canone posuit: *τὰ εἰς θος λήγοντα καθαρὰ μονογενῆ δισύλλαβα παραληγόμενα φύσει μακρᾷ βαρύνεσθαι θέλει· κῶθος - - - σημειῶδες ἄρα τὸ στρουθός ὀξυνόμενον κτλ.*, contra sententiam meam quicquam colligi licere ex iis, quae supra p. 31 sqq. exposui, apparet.

De hyperdisyllabis in *θος* pauca dicenda sunt. Peculiarem enim de nominibus in *αθος* canonem ab ipso Herodiano propositum esse inde efficitur, quod in illis nominibus solis accentus diuersitas deprehenditur prout a correpta aut a producta syllaba incipiunt. Duos postremos apud Herodianum in unum contractos fuisse ex iis, quae hucusque disputaui, colligitur.

His praemunitis in canonibus de nominibus in *κος* et *λος* perlustrandis breuior esse possum. Atque de nominibus in *κος* Arcadius 17 canones constituit, quorum 6 tantum priores disyllaba complectentes examinabo.

1. *Τὰ εἰς κος μονογενῆ δισύλλαβα φύσει μακρᾷ παραληγόμενα βαρύνεται - - - τὸ δὲ σηκός ὀξύνεται. τὰ δὲ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται· γλαυκός, λευκός, γραικός.*

2. *Τὰ εἰς κος δισύλλαβα κύρια, εἰ ἔχοι τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον καταλήγουσαν, βαρύνεται.*

3. *Τὰ εἰς κος δισύλλαβα προσηγορικὰ μὴ παρασχηματιζόμενα εἰς θηλυκὸν γένος, εἰ ἔχοι τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον καταλήγουσαν πλὴν τοῦ λ, βαρύνεται.*

4. *Τὰ εἰς κος δισύλλαβα μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου τοῦ σ ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα βαρύνεται· δίσκος, Φύσκος, μύσκος. τὸ δὲ ἀσκός ἀπὸ φωνήεντος ἄρχεται.*

5. *Τὰ εἰς κος διβράχεα μονογενῆ εἴτε ἀρσενικὰ εἴτε θηλυκὰ βαρύνεται, εἰ μὴ διαστολή τις σημαινομένου γένοιτο.*

6. *Τὰ εἰς κος δισύλλαβα τριγενῆ ὀξύνεται, οἷον λευκός, γλαυκός, πλὴν τῶν παραληγόντων τῷ ω.*

Primo loco pono ea, quae sunt certiora. Quin enim 2. et 3. apud Herodianum coniuncti fuerint reputatis iis, quae adhuc exposui, nulla existere potest dubitatio. Adde quod in 4., qui canon ad exceptionem *πλὴν τοῦ λ* in praecedenti canone constitutam nouam affert cautionem, de propriis et appellatiuis agitur. Atqui in Il. Pros. Υ 72 s. u. *Σῶκος* hoc legimus praeceptum: *Τὰ εἰς κος λήγοντα δισύλλαβα οὐ παρεσχηματισμένα εἰς γένος θηλυκόν, φύσει μακρᾷ παραληγόμενα, βαρύνεσθαι θέλει, οἷον φῶκος, θῶκος, οὕτως σῶκος. σεσημείωται τὸ σηκός.* Itaque cum definitio illa *οὐ παρεσχηματισμένα εἰς γένος θηλυκόν* non solum, sicut apud Arcadium factum est, in nomina propria et appellatiua *ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον καταλήγουσαν*, sed etiam in *φύσει μακρᾷ παραληγόμενα* quadret, quae utraque Herodianum coniungere solere constat; porro cum ea, quae apud Arcadium in fine prioris canonis leguntur uerba *τὰ δὲ - γραικός*, quippe quae neque in illo Herodiani praecepto occurrant et in 6. ubi suum habent locum repetantur, siue ab ipso epitomatore siue a recentiore addita esse appareat (u. supra p. 50), canones 1. 2. 3. 4. hunc in modum componendos esse censeo: *Τὰ εἰς κος λήγοντα δισύλλαβα κύρια ἢ προσηγορικά, οὐ παρεσχηματισμένα εἰς γένος θηλυκόν, φύσει μακρᾷ παραληγόμενα ἢ ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς σύμφωνον καταλήγουσαν πλὴν τοῦ λ βαρύνεται - - - τὰ δὲ μετ' ἐπιπλοκῆς τοῦ σ ἀπὸ συμφώνου μὲν ἀρχόμενα κτλ.* Is qui deinceps sequitur canon integer uidetur esse. Denique sextum Arcadii canonem, cum in eo *δισύλλαβα τριγενῆ* absoluantur, quae quidem oxytonos proferuntur, aliqua particula aduersatiua uelut *μέντοι* uel *δὲ* cum praecedentibus olim cohaesisse probabile est.

Ex iis quae protuli exemplis, quae differentia inter epitomam et Herodiani Prosodiam Catholicam intercedat, cum satis clare apparere mihi uideatur, non omnes 37 Arcadii de nominibus in λος canones in examen uocabo; sed in eo acquiescam, ut hyperdisyllaba in υλος et ωλος pertractem.

1. *Τὰ διὰ τοῦ υλος τρισύλλαβα προσηγορικὰ ἢ κύρια, εἰ ἄρχοιτο ἀπὸ φύσει μακρᾶς, παροξύνεται· Κρώβυλος, κηρύλος, Αἰσχύλος, Ῥωμύλος. σεσημείωται τὸ αἴτυλος καὶ ὄγκυλος* (*Οἴτυλος καὶ Ὄγυλος* Lob. Proll. 121, 2). *τὸ δὲ αἴσυλος ἐπίθετόν ἐστιν.*

2. *Τὰ διὰ τοῦ υλος τρισύλλαβα ἐπιθετικὰ ἁπλᾶ ἔχοντα τὴν τρίτην μακρὰν παροξύνεται· στωμύλος, αἱμύλος ὁ πρᾶος, στρογγύλος, ἀγκύλος, καμπύλος. τὸ δὲ αἴσυλος προπαροξύνεται ὡς σύνθετον ἀπὸ τοῦ ᾱ καὶ τοῦ συλῶ, ὁ πολλὰ συλῶν.*

3. *Τὰ εἰς υλος τρισύλλαβα κύρια ἔχοντα τὴν πρώτην συλλαβὴν μηκυνομένην παροξύνεται, προσηγορικὰ δὲ ὄντα προπαροξύνεται. παροξύνεται Δερκύλος, Βακχύλος, Χαρμύλος, προπαροξύνεται δὲ τὸ κόνδυλος, σφόνδυλος, δάκτυλος* (om. *A.*), *γόγγυλος. τὸ δὲ κτλ.*

4. *Τὰ διὰ τοῦ υλος τριβράχεα, εἰ ἔχοι ἐν τῇ πρώτῃ συλλαβῇ τὸ ῑ, εἰ μὴ εἴη παρώνυμον ἐν ἰσοσυλλάβοις, προπαροξύνεται* – –.

Quam male in finem prioris canonis uerba *τὸ δὲ αἴσυλος ἐπίθετόν ἐστιν* quadrent luce clarius est. Solet sane epitomator, ut supra p. 50 docuimus, ubi *μονογενῆ* et *τριγενῆ* separatim tractat, eiusmodi additamenta proferre. Hoc autem loco, ubi non omnia *τριγενῆ* sed sola composita canonem generalem peruertunt, Arcadius, si quidem eius sunt illa uerba, dormitauit. Sed etiam alias ob causas, quas hoc loco non est cur repetam (u. supra p. 41), 1. et 2. ex uno Herodianeo canone sic fere concepto consutos esse consentaneum est: *Τὰ διὰ τοῦ υλος τρισύλλαβα προσηγορικὰ ἢ κύρια ἢ ἐπιθετικὰ ἁπλᾶ ἔχοντα τὴν τρίτην μακρὰν παροξύνεται.* Accedit aliud. Theognostus enim p. 61, 14 nomina

in $\overline{\upsilon\lambda o\varsigma}$ disyllaba et hyperdisyllaba in unum canonem contraxit. Ex trisyllabis autem haec profert exempla: *δάκτυλος, σπόνδυλος, Βακχύλος, Πάπυλος* (?), *Αἰσχύλος, αἱμύλος, Ῥωμύλος, στωμύλος, κηρύλος ὁ τῶν ἀλκυόνων ἄρρην, βαιτύλος ὁ λίθος, ὃν ὁ Κρόνος κατέπιεν, Κρωβύλος, δειμύλος, θηβύλος, Σίπυλος, τίτυλος.*

Licet Theognostus non secus atque reliqui excerptores in singulis exemplis laudandis non religiose Herodiani seruauerit ordinem, tamen nullam esse causam uideo, cur priore loco eas quas Arcadius in 3. et quidem inuerso ordine habet uoces descripserit, tum ad eas, quae in priore epitomatoris canone occurrunt, transsiluerit. Adde quod in E. M. 245, 10 s. u. *δάκτυλος* hic canon profertur: *Τὰ διὰ τοῦ υλος εἰ ἔχει τὴν πρώτην συλλαβὴν διὰ δευτέρου συμφώνου μηκυνομένην προσηγορικὰ ὄντα προπαροξύνεται· σπόνδυλος, γόγγυλος,* unde aut Arcadium aut auctorem quem E. M. expressit technici uerba paullo aliter conformauisse concludas. Atqui si 1. et 2. in unum contrahendos esse recte contendi, nomina propria *Δερκύλος Βακχύλος Χαρμύλος*, quae Arcadius in 3. praebet, sub canonem a me restitutum cadere consentaneum est. Idque Theognosti exemplis probabilius fit. Quibus omnibus consideratis Herodianum sic fere perrexisse suspicor: *χωρὶς εἰ μὴ προσηγορικὰ ὄντα τὴν πρώτην συλλαβὴν διὰ δευτέρου συμφώνου μηκυνομένην ἔχει, οἷον* – – –. *παροξύνεται δὲ ταῦτα· Κρωβύλος, κηρύλος κτλ. Τὰ δὲ τριβράχεα, εἰ ἔχοι κτλ.*

Denique duo Arcadii de hyperdisyllabis in $\overline{\omega\lambda o\varsigma}$ canones nobis inspiciendi sunt:

1. *Τὰ διὰ τοῦ* $\overline{\omega\lambda o\varsigma}$ *μονογενῆ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύνεται, εἰ μὴ ἔχοι πρὸ τοῦ ω̄ δύο σύμφωνα κατ' ἐπιπλοκήν, ὧν τὸ δεύτερόν ἐστι τ̄, οἷον Κίμωλος, εὐρύσμωλος, φάσκωλος ὁ θύλακος. Καστωλός δὲ ὀξύνεται ἔχον δύο σύμφωνα, ὧν τὸ ἓν τ̄ ἐστι. τὸ μέντοι Σπάρτωλος βαρύνεται· τὰ γὰρ δύο σύμφωνα οὐκ εἰσὶν ἐν συλλήψει, ἀλλ' ἐν διαστάσει. τὸ δὲ Αἰτωλός τριγενές.*

Alterum canonem supra p. 21 protuli.

Theognostus p. 62, 30 haec praebet exempla: *Κίμωλος ὄνομα νήσου, Μαύσωλος, φάσκωλος ὁ θύλακος, Μάγδωλος ὄνομα πόλεως, Ἐτέωλος ὄνομα λιμένος, Ἄρρωλος ὄνομα πόλεως, ἕωλος, φειδωλός, Αἰτωλός, ἁμαρτωλός, Πακτωλός, Σπάρτωλος.*

Canonis de nominibus in ωλος apud Stephanum formam u. supra p. 21. Tres igitur illi epitomatores eundem locum Herodiani respiciunt. Collatis autem inter se Stephani exemplis et Theognosti *Αἰτωλός, ἁμαρτωλός, Πακτωλός, Σπάρτωλος*, technicum non duos, sed unum de hyperdisyllabis in ωλος canonem constituisse perspicitur. Inde enim quod et Stephanus et Theognostus eundem in exemplis proferendis tenent ordinem, illa exempla eadem ratione apud Herodianum coniuncta, ab Arcadio autem distracta esse sequitur. Accedit quod ea exempla ad exceptionem quam Arcadius in priore canone statuit: *εἰ μὴ ἔχοι πρὸ τοῦ ω̄ δύο σύμφωνα κατ᾽ ἐπιπλοκὴν ὧν τὸ δεύτερόν ἐστι τ̄* pertinent. Atque cum sub eam exceptionem non solum *μονογενῆ*, sed etiam *τριγενῆ* uelut *ἁμαρτωλός* cadant, Herodianus non *μονογενῆ* et *τριγενῆ* distinxit, sed haec fere docuit: *Τὰ εἰς ωλος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύνεται, χωρὶς εἰ μὴ ἁπλᾶ ῥηματικὰ ὄντα τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους μακρὰν ἢ ἀρσενικὰ ὄντα πρὸ τοῦ ω̄ δύο σύμφωνα κατ᾽ ἐπιπλοκὴν ἔχοι, ὧν τὸ δεύτερόν ἐστι τ̄, οἷον Κίμωλος, Ἐρίγμωλος, φάσκωλος - - - ὀξύνεται δὲ ταῦτα· Καστωλός, φειδωλός, Αἰτωλός, ἁμαρτωλός. ἀρσενικὰ δὲ εἶπον διὰ τὸ Σπάρτωλος θηλυκόν.*

Sed haec quidem hactenus.

Reliqua propediem edentur in Dissertationum philologicarum Argentoratensium uolumine VII.